

seculares assumi, secundum Cardin. Item promotus ad simplex remanet Monachus claustralis & sic alteratur status beneficii, quod fieri non debet, c. 1. s. Ad hoc, cum sua glossa supra eod. ut per Feder. de Sen. d. conf. 136. ad finem. Et ita etiam in Canonico Regulari alius respondit Gregor. XIII. nam cum dubitaretur an Canonicus Regularis esset capax beneficii simplicis: Sac. Congregatio dixit videri incapacem, quia cap. Quod Dei timorem, loquitur de parochiali, agendum tamen cum Sanctissimo. Die 23. Julij 1578. Sanctitas Sua dixit, licet Tridentin. Concilium non prohibuisset regulares obtinere seculare beneficium, & Concilium Lateranense sub Leone ad concordata tantum restringeretur; tamen jus commune oblatum, quod non nisi in parochialibus dispensat, d. c. Quod Dei timorem. Hic autem agitur de simplici.

20. Ex factio quaesitum est. An Clemens obtinens in Comendam Prioratum S. Joannis Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Aquen. diocesani, cui animarum cura personarum secularium incumbit, teneatur in dicto Prioratu residere, & curam animarum per seipsum exercere.

Jam S. Congregatio Concilij declaravit Commendatarios non teneri residere, si animarum cura sacramentalis soli conventui incumbat, non autem personae Commendatarii: quam declarationem ad se relatum approbavit Gregor. XIII. ut scripti late in c. 1. inf. de Caspell. Monach. In Comendis autem Ordinis S. Basilij, vel S. Benedicti cura indistincte dicitur incumbere inonasterij, quia Monachi in eis degentes in Congregatione prohibentur curam populi exercere, ut est textus in d. c. 1. & ibi notat Burr. Abb. & communiter Doctores. Valet enim argumentum, Monachi sunt incapaces cura: ergo cura ipsis non incumbit, sed conventui, ut hoc notat Abb. n. 5. Mandos. conf. 20. n. 9. Rota in recen. decis. 153. n. 2. in fin. par. 2. Atque ita cum cura animarum ante commendam non incurreret Abbati titulari, nec postea dicenda est incumbere Commendatario, qui in locum Abbatis est subrogatus, cum commendam non mutat statum beneficii, Gemin. conf. 8. n. 3. vers. Quia non est necesse, Sarnen. in reg. de infirm. q. 13. & saepius decidit Rota. Ideoque in commendis dictorum Ordinum multoties respondit S. Congreg. Commendatarios non teneri residere, sed curam esse per Presbyteros seculares exercendam.

Verum hoc argumentum non procedit in Canonicis Regularibus, cujus ordinis est Prioratus, de quo agitur, quia ipsi de jure praefici possunt Ecclesiis parochialibus, ut est casus in hoc cap. ubi decretum Lateranen. Concilij, quo Monachi prohibentur praefici parochialibus ecclesiis declaratur non habere locum in Canonicis Regularibus, qui quamvis a Sanctorum Monachorum consortio non putentur sejuncti, regulam tamen inserviunt laxiori. Unde hoc casu opus est, ut Commendatarius probet curam esse penes conventum ex aliquo alio capite: nam cum non adit in Canonicis Regularibus incapacitas, quae arguat curam esse penes conventum, non penes ipsos; probatio ex hoc capite non relevat, cum non concludat penesesse, cap. In praesentia, & ibi Dec. in 13. notat supra de probat. Rota decis. 160. n. 8. & decis. 226. n. 2. part. ult. cent. Greg. XV. decis. 162. n. 9.

21. Quamobrem Commendatarius ad probandum animarum curam ante commendam non incur-

buisse Priori, & Canonicis, sed Conventui, adducit privilegium Sixti IV. & Julij II. quibus indulgetur, ut Congregatio Canonico-rum Lateranensis, seu illius Canonici per se, aut per Presbyteros seculares, vel regulares ad ipsorum nutus deputandos, & amovibiles animarum curam parochianorum, & ecclesiarum parochialium hujusmodi exercere possint, & valeant. Ex hoc autem quod Prior possit curam per alium exercere, recte infertur ut Prior non sit Curatus, ut in terminis de Prior regulari tradit Card. in Clem. Ne in agro, s. Ceterum, in secunda opposit. post Paul. ibi, de statu Monach, per textum in cap. Super eo, de preben. lib. 6.

Et quavis alius deputatio Vicarij amovibilis arguat curam esse penes deputantem, ut jam tenetur S. Congregatio, & est decis. Bisigneti 21. n. 2. de preben. tamen hoc procedit in Presbyteris saecularibus, non autem in regularibus. Deputatio enim Vicarij amovibilis potius arguit curam esse penes Ecclesiam, & Conventum, ut per Cardin. loco cit. & satis constat ex decreto Tridentin. Concilij cap. 11. sess. 25. de Regulari.

22. Deinde hoc prebat Commendatarius, quia Priores olim non erant perpetui, neque intitulati in hujusmodi Prioratibus, sed potius obedienciarij, & claustrales juxta dictam Clem. Ne in agro, ergo non erant Curati, aut sponsi Ecclesiae, etenim ad hoc requiritur, ut sint perpetui, ut notat gloss. in Clem. Dudum, s. Statutum, in ver. Impendant, de scriptura, & ibi in Cardin. in §. Ac demum, n. 9. Vitalin. in §. Verum, num. 3. Mandos. in reg. 20. q. 2. num. 4. & alij relati a Gonzal. ad regulam de mensibus in gloss. 6. num. 40. 36. 42. 93. & 97.

23. Unde cum cura penes illorum personas non esset, neque penes vicarios amovibiles, necessarium sequitur ut esset penes ecclesiam, vel conventum, quo casu intrat declaratio S. Congregationis relatata superius, ut Commendatarius residere non teneatur, cum cura personae ipsius non incumbat.

Ceterum adhuc superest difficultas, quia in dicta religione Prioratus iuxta in duplici differentia; quidam sunt Conventuales; & in his cura potest etiam per alios exerceri, juxta indultum Sixti IV. & Julij II. & locum habent omnia supradicta.

Quidam vero sunt Prioratus nunciarij; & hi conferuntur in titulum Canonicis Regularibus, qui teneatur residere, & curam per seipsum exercere ad praescriptum hujus decretalis. Orator autem nondum docuit suum Prioratum esse conventualem, nisi ex conjectura, quod centum ab hinc annis illius Prior accessit ad Capitulum generale. Sed ubi concluderent probasset hanc conventualitatem, posset responderi, cum non teneri in Prioratu residere, quamvis habeat curam personarum saecularium, sed curam ipsam esse exercendam per Presbyterum saecularem ab Ordinario approbandum.

De Regula Prioratus in Agro, de preben. lib. 6. c. 1. s. Ceterum, in secunda opposit. post Paul. ibi, de statu Monach, per textum in cap. Super eo, de preben. lib. 6.



De Statu Monachorum.

Cap. Cum ad monasterium.

S V M M A R I V M.

1. Monachi uti non debent hinc canis, quibus tamen uti possunt Canonici Regulares.

2. Canonici Regulares vespuntur carnibus, Monachi secus, nisi in casibus, ut num. 20.

3. Regularis non potest aliquid etiam minimum possidere, tanquam proprium, sed totum debet in continentem resignare Prelato suo, alioquin mortaliter peccat, & num. seq. usque ad num. 12.

4. Verba in virtute sanctae obedienciae, sunt praeceptiva, & de necessitate salutis.

5. Verba sub oblatione divini iudicij ostendunt transgressorem esse reum culpe lethali.

6. Viti obferrantia est de iure divino, & eius transgressio semper est mortalis.

7. Regularis deprehensus in vita alijam proprietatem habere, canonica monitione praemissa, expellitur a monasterio, & in aliud artium detraditur, & ab aliarum ministerij amovetur.

8. Regularis deprehensus in morte habere proprietatem, debet cum ipsa subterrari extra monasterium in sterquilino in signum perditionis, & n. 12. Nec pro ipso orandum, num. 10.

9. Monachus propriarius in Aegypto subterratus fuit in sterquilino cum verbi, Pecunia tua, &c.

10. Regularis, qui in mortis articulo non resignavit proprium, non debet in Conterio sepeliri, & de facto sepultus exhumari debet, si sine scandalum fieri potest.

11. Religiosi propriarij non debent tota cum ipsa subterrari, sed aliqua pars illius.

12. Sed inventa in vita debet converti in utilitatem Ecclesiae.

13. Regularis non debet minus licet minimum sibi oblatum accipere, sed illud recte est deserendum ad manus Superioris.

14. Et hostie debet incorporari, & confundi cum reliquijs bonis monasterij.

15. Si Regulari legetur fuitus, ita ut habeat usum fructuum, poterit illum habere secundum opinionem Vincentij Contrarium.

16. Abbas potest super regula dispensare quantum ad esum carnium, & in alijs casibus hic expressis.

17. Sed contra.

18. Monachi debiles, & infirmi, & qui minutione, vel medicina indigent, possunt vesci carnibus in infirmatorio tantum.

19. Sanguinem minuent die 13. Februarij non morietur illo anno ex febrili disemperantia.

20. Et quid post Calendarium Gregorianum.

21. Priores an possint amoveri ad nutum Abbatis sine ulla causa, & num. seq. usque ad num. 43.

22. Quis in Prioribus conventualibus Canonicis electus, & confirmatus, num. 24.

23. Et quid in prioribus minoribus, seu manualibus, num. 26. & seq. usque ad num. 43.

24. Priores electi, & confirmati de iure sunt perpetui, nec amoveri possunt, nisi ex causa, & iuris ordine servato.

25. Infirmitas tamen levioris causa.

27. Obedientia id est Prioratus, vel officium certum habent administrationem.

28. Priores manuales non confirmantur, sed sunt ad nutum Abbatis amovibiles.

29. Officium nullum praeter Abbatem in monasterio est perpetuum.

30. Beneficia Regularium ex sui natura sunt manualia.

31. Priores manuales an possint per Abbatem amoveri sine ulla causa, & num. seq. usque ad num. 43.

32. Monachus si ex malitia removeatur a loco, quem Abbas ei deputavit, potest officium Superioris implorare.

33. Praepositus, qui est secundus post Abbatem potest ab eo removeari, si quater adminiculus se non emendaverit.

34. Liberè, id est sine causa, & pro libito voluntarij.

35. Monachus hospitalarius officio, vel beneficio manuali sine ulla causa non potest agere interdicta recuperanda contra hospitalarem.

36. Monachi sunt obedienciarij.

37. Prior manualis potest amoveri sine causa etiam ab Abbate nunquam usus fuerit alij facultate.

38. Consuetudo in actibus merè facultativis non inducitur per non usum libidem.

39. Vicarij temporales in ecclesia curata, & seculari possunt sine causa amoveri.

40. Vicarij amovibiles a Capitulo deputati pro exercitio curae, & ad Ordinarium approbati possunt amoveri a Capitulo ad nutum Capituli, non autem ab Ordinario, nisi ex legitima causa.

41. Prior manualis si per Abbatem amoveatur ex malitia, apud Superiorem Abbatem potest querelam deponere, & Superior debet eum audire.

42. Et amotio censetur facta ex malitia, si subsistat presumptio atque odij.

43. Oidium, seu malevolentia in dubio non praesumitur.

44. Papa an possit dispensare cum Monacho, ut habeat proprium, vel uxorem ducas, late discutitur, ut m. seq. usque in fin.

45. Castitati custodia, & abdicatio proprietatis sunt essentialiter annexae regule Monachali, & num. 49. & 50.

46. Papa in malis praeter articulos fidei dispensare non potest.

47. Papa dispensare non potest in voto solemnem continentiae, etiam propter multitudinem bonum secundum opinionem, d. Thoma.

48. Contrarium, num. 56. & num. 61.

49. Sanctificatum semel Domino non potest per Ecclesia authoritatem in alios usus commutari.

50. Declaratur, num. 71. & 73.

51. Voti solemnitas consistit in quadam conservazione, seu benedictione votantis.

52. Papa dispensat in voto continentiae, solemnitate per suspensionem sacri Ordinis.

53. Periculus humanis obvianum est per res humanas.

54. Professio est mortui mundo, nec sunt vocandi ad vitam humanam occasione cuiuscunque eventus.

55. Contrarium, num. 61.

56. Mathaeus Apostolus dicitur noluisse dispensare cum Iphigenia mortalis, ut nubere possset Regi propter bonum fidei.

57. Sed vide num. 76.

58. Votum est de iure naturalis, in quo non cadit dispensatio.

59. Declaratur, num. 74. & 76.

- 54 Papa de potestate absoluta potest mutare substantiam rei, & de eo quod nihil est, aliquid facere.
- 55 Deus quo sensu intelligatur non posse suscitare virginem post virginitatem.
- 56 Papa ex magna causa potest dispensare cum Monacho super voto continentis, & paupertatis. Sed sine huiusmodi causa non potest, num. 78. Et qua sit magna causa, num. 61, 62, & 64.
- 57 Castitas, & paupertas sunt annexa regula Monachali de iure positivo.
- 58 Monachus nihil aliud est quam solitarius, & tristes.
- 59 Regula omni Religioni à Romani Pontificis auctoritate vires sumit.
- 60 Papa sicut Religiosis substantiam approbat, sic & ipsam tollere potest.
- 61 In voto semper intelligitur excepta voluntas Dei, & auctoritas Papæ.
- 62 Voto non potest quis se deobligare ab eo, in quo alteri tenetur.
- 63 Papa pluries dispensavit cum Regularibus etiam sacerdotibus, & Episcopis, ut possent contrahere matrimonium, ut in exemplo hic positus.
- 64 Papa non potest facere, ut Monachus habeat uxorem, vel proprium quatuordecim monachus est. Sed bene potest ex magna causa facere de Monacho non Monachum, & num. 68, & 70.
- 65 Religiosus perseverans Religiosus, inhabilis est ad matrimonium non ex flatu, sed ex natura.
- 66 Imperator Federicus natus est ex matre Constantia quinquagenaria, que fuerat monialis.
- 67 Navarri distinctio quod Papa dispensare possit, ut Monachus uxorem ducat, non autem ut habeat proprium, reseruitur.
- 71 Consecratio Sacramentalis per nullum ecclesie Prelatum potest asserri: secus in alijs consecrationibus, que sunt de iure positivo.
- 72 Consecratio seu benedictio, in qua consistit solemnitas, non est Sacramentalis, sed ex flatu ecclesie.
- 73 Sacramenta asserri possunt ad alios usus in articulo necessitatis.
- 74 Ecclesia cum dispensat in voto, non dispensat in precepto iuris naturalis, sed determinat id, quod cadebat sub obligatione deliberationis humane.
- 75 Dispensare non est legem tollere, sed ordinare ex causa, ne liget eo casu, quo dispensatur.
- 77 Abbatia Babilonia, & eius libro que fides sit adhibenda.
- 78 Papa dispensare potest contra ius positivum etiam sine ulla causa.
- 79 Ius destruere potest, qui potest condere.
- 80 Dispensatio in his, que sunt contra votum tacitum vel expressum, & in alijs, que sunt contra Evangelium, non potest nisi ex causa fiat, & peccat dispensans, & cum quo dispensatur.
- 81 Dispensatio Papæ, ut Monachus habeat proprium nunquam valet nisi magna causa, & veritas sit.
- 82 Secus in dispensatione, ut matrimonium contrahat quia tenet, si crederet bonam dispensationem, licet peccet ex eo debetum.
- 83 Et que sit ratio diversitatis.

**C**UM AD MONASTERIUM. Dividitur in quinque partes, & divisio erit summa; Primum tractat de vestibus Monachorum. Secundò de abdicatione proprietatis, ibi, *Prohibemus*. Tertio de silentio, ibi, *Oratorio*. Quarto de cibis, ibi, *In Refectorio*,

Quintò de officiis, ibi, *Tales*. & hæc ultima pars primò tractat de officiis in genere. Secundò de Priori claustrali ibi, *Prior*. Tertio de Abbate, ibi, *Abbas*, & hæc Decretalis cum sequenti innovatur, & observari præcipiuntur in Clem. Ne in agro, in fin. de stat. Monach. Jo. Andr.

2 Nota primò ex principio textus, Monachos uti non debere lineis camisiis, quibus tamen uti possunt Canonici Regulares, qui & Regulari inserviunt laxiori, ut cap. *Quod Dei timorem*, sepe eod. secundum Jo. Andr. in num. 2. Butr. & Anchar. in primo notab. Et in hoc signa unam differentiam inter Monachos, & Canonicos Regulares. Alia differentia est, quia Regulares Canonici vescuntur carnibus, quod tamen Monachis est prohibitum, ut cap. *Carnem de consecrat. distinct. 5. & hic in §. in Refectorio*. Jo. Andr. in num. 2. & pondera illa verba, nullus omnino carne vescatur: non dictio, nullus, exponitur id est nec Abbas, nec alius, & dictio, omnino, intelligitur nec causa infirmitatis, nec aliqua alia, secundum Hostien. num. 10. in verb. Nullus, & Jo. Andr. in num. 7. in eod. verb. Nisi ut dicam infra num. 20. Complures alias differentias inter Canonicos Regulares, & Monachos ponunt Doctores in d. cap. *Quod Dei timorem*, supra eod. & ibi dixi, num. 6, & seqq.

3 Secundò nota in §. *Prohibemus*, nullo modo posse Religiosum aliquid possidere tanquam proprium, quantumcumque illud sit minimum, ut dicam infra in 4. not. Sed si quid habet proprii debet totum incontinenti resignare Prelato suo, alioquin mortaliter peccat. quòd multipliciter probat hæc Decretalis. Et primò quia videtur verbis *Prohibemus*, distinct. 5. Lex autem ecclesiastica præcipit, vel prohibitionem continens obligat transgressores ad peccatum mortale, ut cap. *De his, in fin. 50. distinct. cum concordant. de quibus per Archidiacon. in cap. *Detestanda*, num. 3. & 4. de concess. præben. lib. 6. & scripti plenius in cap. *Sicut quis*, num. 38. & 39. *Supra de Regular. & in cap. *Treugas*, num. 22. & 34. de Treug. & pace.**

4 Præsertim verò, quia textus non tantum dicit *prohibemus* distinct. 5. sed addit in virtute obedientie, que verba sunt præceptiva, de necessitate salutis, cap. *de Sepultur. lib. 6. Sylvest. in verb. præceptum*, num. 2. vers. *Dico ergo*, ad quod vide quod scripti in cap. *Explicitam*, num. 9. infra de observat. regul. Item addit verba, sub observatione diversi iudicij, que offendunt huius præcepti transgressorem à Deo iudicandum fore tanquam reum culpæ lethalis. Sic in cap. *Periculoso*, §. *Et quantum*, de stat. regular. lib. 6. & in cap. *unic. §. 1. de Iudic. eod. lib. cum similibus*. Et merito, quia observantia voti est de iure naturali Divino, & ejus transgressio semper est mortalis, cap. *Licet unversis*, supra de voto Jo. Andr. in regul. *semel Deo*, num. 3. de Regul. in lib. 6. S. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 10. ad 2. & art. 3. in corp.

7 Secundò quia si Religiosus fuerit deprehensus habere aliquam proprietatem, ut quia repta fuit pecunia in arca, vel quia confessus est, secundum Jo. Andr. num. 3. hæc constitutio præcipit, ut canonice monitione p. remissa, à monasterio expellatur, nec ulterius recipiatur, nisi penitent secundum monasticam disciplinam, de quo tamen hodie dicitur in eod. fin. *supra de regular. Addit glof. hic in verb. *Expellatur*, eundem esse in vita removendum, etiam ab altaris ministerio, ut c. *Monachi*, & c. *Supra**

*per quosdam, supra eodem. vel posse detrudi in arcibus monasterium, ut sic penitent*, & proprietatem illam restituat, arg. cap. *De lapsis*, 16. q. 1. & cap. *Sicut quis rapuerit*, 27. q. 1. i. Huiusmodi autem penitentia nequaquam imponitur nisi pro culpa mortali, ut in prædictis iuris, & post D. Anton. notat Sylvest. in verb. *Præceptum*, num. 3. vers. *Et similiter si imponitur pena.*

8 Tertio, quia religiosus deprehensus in morte aliquam proprietatem habere, jubetur hic subtrahere cum sua proprietate extra monasterium in sterquilino, & hoc in signum perditionis, & dicitur in littera, id est damnationis æternæ, quia in mortali peccato decessit, secundum glof. hic in 9. verb. *In sterquilino*. Et ita B. Gregorius narrat se fecisse lib. 4. *Dialogorum cap. 55. ut hic innuitur, & D Hieronymus ad Eusebium de virginitate littera D. relatus à Jo. Andr. lib. num. 4. in verb. Gregorius*, refert de Monacho, qui linea texendo centum lucratus, illa reliquit in morte, & habito consilio, quidam dicebant illa esse triebunda pauperibus, alij ecclesijs, alij parentibus. Sed decreverunt patres illa cum eo subtrahere cum verbis, Pecunia tua sit tecum in perditionem; ex quo magnus per totam Egyptum cunctos terror invasit: concordat text. in cap. *Monachi*, *supra eod. ibi*: [Et quin extremis cum pectulo inventus fuerit, & dignè non penituerit nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam.] Quinimo in cap. *Supra per quosdam*, supra eod. Regularis Canonicus, qui in articulo mortis non resignavit proprium, quod latenter habuerat, non solum in cæmeterio sepeliri non debet, sed si de factò sepultus fuerit, inde debet exhumari, si sine maximo scandalo fieri poterit. Et ita ibi est casus secundu[m] Jo. Andr. & omnes in luminario text. & glof. in verb. *Sepulturam*. Reddit rationes, quia scilicet in mortali peccato mortuus est.

12 Tertio nota ibi, *ipso cum eo*, proprietatem ipsam, quam Monachus fuit deprehensus habere in morte, subtrahendam esse unà cum ipso Monacho in sterquilino, ut proxime dictum est. Hoc male observant Superiores ordinum, qui proprietatem Monachorum decedentium sibi appropriant tanquam spolia. Dicunt tamen hic Hostien. in 7. Jo. Andr. n. 4. & Anchar. num. 10. in 5. not. non totam proprietatem esse subtrahendam; ut quid enim perditio hæc. Sed partem ipsius tantaxat, arg. c. 2. *supra de consequent. & satis esse*, ut cum Monacho subtraheretur triginta denarij. Tanti enim venditus fuit Joseph, *Genesis 37.* & tanti Christus, *Matthæi 27.* Ideo etiam textus dicit de proprietate inventa in morte, quia si in vita, tunc debet converti in utilitatem ecclesie, seu monasterij, c. *Quandò de officio ordinat. & cap. *Abbas*, ibi, 1. glof. hic in verb. *In morte*.*

14 Quarto nota ibi, *quicquam* alius fuerit specialiter designatum. Monacho non licere aliquid muneri accipere, sed quicquid ei destinatum, aut transfusum est. Abbati assignandum esse per illum, qui portat, vel per alium, ut hic per Hostien. num. 8. in verb. *Assignetur*, & Jo. Andr. n. 6. in eod. verb. Et sic recta deferendum est ad munus Superioris, ut clare probat hæc littera, dum dicit, Non presumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellaario assignetur; & sic Religioso interdicitur non tantum sibi oblata retinere, sed etiam accipere. Et pondera verb. *illud, quicquam, Quod verificatur*

tur in qualibet re oblata, seu transfusis quantumvis minima, secundum Hostien. num. 8. vers. *vel aliquid minus quantumcumque etiam minimum*, & Jo. Andr. num. 4. in verb. *Quicquam*. Ad hoc bonus textus in cap. *Non dicatis*, ibi: (Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occulit ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat, &c.) 12. q. 1. & adde quod scripti in cap. *Monachi*, num. 18. 4. 7. *supra eod.* & quod notat Abb. hic num. 2. ubi dicit esse quasi expressum hic, quod si aliquid legetur, vel donec religiosus, non debet illud capere sine licentia superioris, sed tale donatum, seu relatum requiritur monasterio. Hodie debet cum reliquijs bonis monasterij incorporari, & confundi ex Concilio Trident. & decretis Clementis VIII. ut dixi in d. cap. *Monachi*, 16. à num. 67. Nec audiendus est Vincentius hic relatus à Jo. Andr. num. 5. dum ait; [Quod si quis legat fundum Monacho, ita ut habeat usufructum, Monachus illum habere debet ad exemplum filijfamilias, qui tamen si quicquid acquirit, acquirat patri quoad usufructum, & sibi quoad proprietatem; tamen, si ita legatur filio, ut habeat usufructum, hoc casu habeat, ut athen. *Exceptis*, c. *de bonis que liber. Quoniam hoc simile non procedit, quia filiusfamilias est capax proprietatis, ut in d. athen. *Exceptis*, Monachus autem non, ut hic, & in cap. *Nolo*, & cap. *Non dicatis*, 12. q. 1. etiam quoad usufructum, Clem. *Exivit*, §. *Capientes*, vers. *Verum de verb. significat.* Abb. hic num. 1. in fin. Adde quod hæc opinio hodie reprobatà Concilio Tridentino in cap. 2. *sess. 25. de regul.* ut scripti lacissime in prædicta Decretal. *Monachi à num. 4. usque ad num. 67.**

18 Quintò nota ibi, *quæquam ex Indulgentia*. Abbatem posse dispensare super regula Monachali quantum ad esum carniū, scilicet extra refectorium, ut hic, & arg. cap. *Carnem de consecrat. dist. 5.* quemadmodum dispensare potest in propria cella habenda, cap. *Monachum*, 20. q. ult. Item in ordinem, cap. *Cum N. de eo, qui sari, ordin. suscep.* Item cum eo, qui excommunicatus ordinem suscepit, cap. *Cum illorum*, infra de sentent. excommunicacionis, glof. hic in verb. *Indulgentia*, Innocen. in 19. princip. Alij tamen dicunt Abbatem non posse dispensare super esu carniū. Nec obstat hæc littera ibi: (Ipsosque secum in camera sua melius, & plenius exhibere.) Quia non dicit de carnibus, & forsàn loquitur de grossis piscibus. Et hanc dicit esse veritatem reprobata consuetudine contraria Hostien. num. 1. in fin. vers. *Vnde & dicunt alijs*, cum quo transit Jo. Andr. num. 2. Butr. num. 5. & plerique alijs.

20 Sextò nota litteram in vers. *Pordnam debiles*, & infirmi, & qui minutione, vel aliqua medicina indigent, recipere possunt necessaria tam in carnibus, quam in alijs, putà in balneis, famulis, & huiusmodi, ut in regula Sancti Benedicti cap. 36. non tamen seorsum in cameris, & multò minus in refectorio, sed solum in infirmitorio, seu valedinaro. Et quoad minutionem dicit Vincentius hic relatus à Jo. Andr. num. 11. tantum mirabile, videlicet qui minuit die 13. Februarij ab initio mensis computando non morietur illo a[n]no ex febrili distemperantia, & hæc est salubris minutio per Angelum revelata. Et hoc servabat Jo. Andr. secundum Abb. hic n. 4. qui tamen subdit non indigenti non esse id facile consulendum, quia ex mi-

192 nutione sanguinis minuitur vita secundum tradi-  
 tionem pericorum. Porro cum hoc anno 1550. in  
 22 ipsa die 13. Februarij iudicium duobus amicis  
 meis dictum Vincentij. & ipsoru alter vellet pro-  
 tinus hoc remedio uti in persona nepis suz zgro-  
 tantis, alter apposuit quod ex Calendario Grego-  
 riano subtrahit sunt ab anno decem dies, quibus  
 revelationis Angelij, præ incertitudine amicus  
 caput hæreticæ & propositum non adimplevit.  
 23 In §. Tales QUÆRO, An Priores amoveri  
 possint ad nutum Abbatis sine ulla causa.  
 24 Pro solutione questionis distinguendum est :  
 nam aliqui sunt Priores Conventuales, quia Ca-  
 pitulo canonicè eliguntur, & à Superiore con-  
 firmantur. Ehi non remouentur, nisi ex causa, &  
 juris ordine seruato. Textus est rotundus in cap.  
 Monachi, §. Priores supra eod. Cujus hæc sunt verba.  
 Priores autem cum in ecclesijs Conuentalibus  
 per electionem Capitulum suorum canonicè  
 fuerint instituti, nisi pro manifesta, & rationabili  
 causa non mutentur, videlicet si fuerint dilapidi-  
 tores, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid  
 egerint, pro quo amovendi merito videantur, ubi  
 glof. in verb. Non mutentur, dicit hoc intelligi de  
 illis, qui instituantur perpetuo per Canonicam  
 electionem Capituli, & confirmationem Sape-  
 rioris: isti sine certa causa removeri non debent,  
 quia sine culpa nemo privati debet iure suo, cap.  
 Satis peruersum, §. diffinid. cap. Inventum, 16. qu. 1.  
 cap. 1. supra de iudic. & cum glof. concordant. In-  
 noc. ubi ad fin. in verb. Non mutentur Hostien. nu. 5.  
 dicens huiusmodi Priores perpetuos esse, nec  
 esse remouendos sine causa, & juris ordine non  
 25 seruato. Jo. Andr. n. 12. & communiter DD. licet  
 etiam canonicè electi possint ex leuioribus causis  
 ad administrationem amoveri, ut dicit text. in cap.  
 Per tuas, §. primo, ad finem infra de Simon. & hic notat  
 gl. in verb. Amoveri.  
 26 Alij verò sunt Priores minores, qui per ele-  
 ctionem canonicam non creantur, sed Abbas  
 committit eis administrationem: & tales sunt ad  
 nutum ipsius Abbatis amovibiles, ut est text. in  
 hoc §. Tales, in illis verbis, [Nec alicui committa-  
 tur aliqua obedientia perpetuo possidenda tan-  
 quam in sua sibi vita locerur, sed cum oportu-  
 erit removeri, sine contradictione aliqua reuoce-  
 tur: nam verb. obedientia exponitur, idest Pri-  
 oratus, vel officium certum habens administra-  
 tionem secundum Hostien. hien. 20. in verb. Obedien-  
 tia, & Jo. Andr. num. 13. in eod. verb. & verb. cum  
 oportuerit, exponuntur, idest quando Abbatij vi-  
 debitur, in cuius dispositione cuncta consistunt,  
 ut per eundem Hostien. d. in 20. in verb. Oportuerit,  
 28 & Jo. Andr. nu. 14. Tales igitur Priores non con-  
 firmantur, ut cap. Ad nostram, & cap. Porreita, supra de  
 confirm. util. Sed sunt ad nutum Abbatis amovi-  
 biles, prout firmat præcitata glof. in d. c. Monachi,  
 in verb. Non mutentur, supra eod. & ibi Innocent. ad  
 fin. in eod. verb. Hostien. num. 5. dicens Priores mi-  
 nores pro voluntate Abbatis hodie mitti posse ad  
 Prioratus, & in castinum revocari, Joan. Andr.  
 num. 12. vers. Alij ad voluntatem. Item glof. hic in  
 verb. Perpetuo, Hostien. num. 20. in eod. verb. Item gl.

in Clem. 1. in verb. Revocari, post med. vers. Et scias de  
 29 supplend. neglig. Prælat. & nullus discrepat. & de cas-  
 bus intelligendus est Abbas hic num. 5. dum ait:  
 (Notare regulam generalem quod in monasterio  
 præter Abbatem nullum officium est perpetuum.  
 Atque ita huiusmodi Prioratus, & beneficia Re-  
 gularium ex sui natura esse manualia per hunc  
 tum firmant Castald. decis. 4. num. 3. & decis. 12. num.  
 9. de prebendis, Milis in repertorio in verb. Beneficia  
 regularia, num. 30. Rebuffi, in tract. de pacific. possess.  
 num. 280. Joan. de Selua de iurac. de benef. 3. p.  
 9-67. num. 1. Mandosin reg. 3. reservatoria 29. 11. m. 13.  
 Navarr. Comment. 4. de regular. num. 25. vers. Tertio, &  
 alij recentiores.  
 31 De his igitur Prioribus, qui sunt ad nutum  
 amovibiles, dubitatur nunquid amoveri possint  
 ad libitum Abbatis sine ulla causa. Et quidem  
 32 Innoc. in cap. Insuper, sub num. 2. infra qui ele-  
 ricus, vel voyentes. Videtur fuisse in ea sententia, ut  
 sine causa amoveri non possint. Sic enim ait:  
 Et si occurreret casus in quo Abbas, vel Superior  
 vellet ex malitia removere Monachum à loco,  
 quem ei deputarunt, posset supplicare Superiori,  
 & Superior eum audire deberet, ad similitudinem  
 servi, ut in l. 1. c. de prætib. Imper. offerend. & §. Sed  
 & maior, infra, de his qui sunt sui vel alien. iur. & per  
 hanc Innocentij doctrinam Rebuffi, in tract. de  
 pacific. possess. num. 275. vers. Secundum intelligi, &  
 Abbas, inquit, sine causa amoveat Monachum à  
 Prioratu manuali, potest idem Monachus implo-  
 rare officium Superioris, ut sine causa ex sola  
 malitia non removeatur. Et hæc opinionem se-  
 quuntur ultramontani, ut testatur Joan. Andr.  
 in cap. Cum singula, num. 1. sub glof. Ad idem, de  
 prebend. lib. 6. ejus verba hæc sunt: scire debes  
 quod multum apud Ultramontanos viguit hæc  
 opinio, quod Prior manualis, quem sine cau-  
 sa rationabili Abbas removere vult, forte ex  
 odio, quia detulit, vel quia nepoti vult illud  
 conferre, vel simili causa non iusta, potest apud  
 Superiorem Abbatem de ipso querelam deponere.)  
 Eiusdem sententia videtur fuisse Hostien.  
 33 hie num. 21. dum ait, (etiam Præpositum, qui est  
 secundum post Abbatem in monasterio, posse ab  
 eo removeri, si quater admonitus se non emen-  
 daverit.) Et mox subdit: (Sed caveat Ab-  
 bas, ne forte zelus, aut invidiæ flamma urat  
 animam suam, quia de omnibus iuris iudicij red-  
 diturus est Deo rationem, ut in reg. c. 65. ante fin.  
 & in fin. Ecce Host. clare supponit amotionem à  
 Prioratu, & officio manuali fieri non debere sine  
 rationabili causa.  
 Sed his non obstantibus apud Citramontanos  
 communiter tenentur Priores manuales posse  
 per Abbatem moveri etiam sine causa, quia ex-  
 33 pediret, si nuda voluntate etiam sine causa possit  
 illos ad claustrum revocare: Ita Jo. Andr. in d.  
 cap. Cum singula, sub num. 2. vers. Sed apud Italos  
 communiter hoc non recipitur, de prebend. lib. 5. & post  
 eum ibi Anton. de Butr. num. 5. Anchar. num. 4.  
 Gemin. col. 2. prope finem, vers. Sed non recipitur  
 & Franc. num. 5. vers. Sed in Italia, de confirm.  
 Ad nostram, num. 7. vers. Sed in Italia, de confirm.  
 util. vel inutili, quos in puncto sequuta fuit Rota  
 in causa Aquilana Prioratus 16. Martij 1584. ut in  
 decis. 778. part. 1. divers. & pro hæc opinione vide-  
 tur textus in hoc §. Tales, ibi: sine contradictione  
 aliqua revocetur: nam ut dicitur Host. num. 21. in  
 verb.

verb. Contradictione, & Joan. Andr. num. 15. In ta-  
 libus non est locus contradictioni, nec appella-  
 tioni, cap. Reprehensibilis, & cap. Cum specialiter in fin.  
 supra de appellat. cap. Per tuas, in fin. infra de Simon.  
 Ad idem videtur textus quasi expressus in Clem.  
 1. §. Præmissa, de supplend. neglig. Prælat. ibi, liberè  
 potuit ad claustrum cum oportuerit, revocari: nam  
 verb. Liberè, idem importat quod sine causa, &  
 prohibito voluntatis, ut cap. Quamvis, de procur.  
 rat. lib. 6. Bald. in cap. 1. num. 6. supra de rescrip-  
 Soccin. senior. cons. 170. in presenti, num. 8. vol. 2.  
 Menoch. alios cumulans de arbitr. lib. 1. quest. 8.  
 35 à num. 33. & hinc fit ut regularis per Abbatem  
 spoliatus officio, vel beneficio manuali sine iusta  
 causa minime possit agere interdictio recuperan-  
 da contra spoliatorem, quia Abbas spoliando  
 nullam intulit injuriam, sed usus est iure suo, ut  
 voluit singulariter Bald. in l. Cum afferret, in fin. C.  
 de liberati causa, Felin. in cap. Per tuas, num. 4. de  
 maior. & obed. Rebuffi, de pacific. possess. num. 274.  
 Navarr. Comment. 2. de Regular. num. 65. vers. Ad  
 eod. & cons. 14. num. 12. de stat. Monach. Item  
 Monachi sunt obedientiarj, cap. Si religiosus, de  
 elec. lib. 6. de quo pulchre per Archidiacon. in cap.  
 Sciendum, num. 1. §. q. 1.  
 Demum hæc sententiam in Prioribus Con-  
 gregationis Montis Virginis, qui ex literis fan-  
 ctæ mem. Pauli V. sunt ad nutum amovibiles  
 probavit sacra Congregatio specialiter à Sanctis-  
 simo deputata super statu Regularium die 7. Martij  
 1650.  
 37 Ampliatur conclusio superius firmata, ut lo-  
 cum habeat non obstante quod Priores manuales  
 non confueverint revocari, quia cum hoc sit in fa-  
 cultate Abbatis, si non est usurali facultate, con-  
 suetudo non inducitur, cum in actibus merè fa-  
 cultatis non inducitur consuetudo, ut in his  
 terminis firmat Abbas in cap. Ad nostram, num. 11.  
 ubi etiam Dec. num. 6. vers. ultimò Abbas concludit,  
 de confirm. util. vel inutili, Rebuffi, de pacific. possess.  
 num. 335. quos sequuta fuit Rota in præallegat. decis.  
 778. num. 5. part. 1. divers.  
 38 Ampliatur secundo etiam in Vicariis tempo-  
 ralius in ecclesia curata, & seculari, qui possunt  
 sine causa moveri, ut tenent in c. Cum non ignores  
 de prebend. Innoc. n. 2. Hostien. 8. & 9. Jo. Andr. n. 3.  
 Butr. n. 5. Cardin. n. 7. Anchar. num. 3. circa med. &  
 Imol. n. 4. post med. Bero in c. Non sine multa, num. 10.  
 de arbitr. Butr. cons. 51. num. 3. & 6. vers. Ex quibus, &  
 vers. Item ratio, cons. 262. num. 4. §. 6. lib. 3. & latius  
 firmavit Rota in Hispanen. iur. amovendi Cu-  
 ratos die 20. Aprilis 1640. coram R. P. D. Peutingio-  
 gerio, quæ postea fuit confirmata 21. Junij 1641.  
 & rursum 27. Junij 1642. coram eodem Coccin.  
 39 decis. 18. num. 13. Et est ex mente S. Congrega-  
 tionis Concilij, ut in declaratione relata in præcita  
 decis. Rota sub die 21. Junij tenoris infrascripti,  
 videlicet. An Vicarij amovibiles deputati ad nu-  
 tum Capituli pro exercitio curæ prævia appro-  
 batione Episcopi possint ab ipso Episcopo sine  
 causa amoveri? S. Congregatio censuit Vicarios  
 prædictos posse à Capitulo amoveri ad nutum Ca-  
 pituli; ab Ordinario verò non nisi ex causa legi-  
 tima, & probata, propter quam etiam perpetui  
 essent, amoveri possent.  
 40 Limita nunc propositam conclusionem nisi a-  
 motus à Prioratu, vel officio manuali fieret ex ma-  
 litia, quia tunc amotus posset Superioris officium  
 Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

implorare, & Superior deberet eum audire, & in  
 hoc casu loquitur Innoc. Jo. Andr. & alij pro pri-  
 ma opinione allegati, num. 32. ut ex eorum verbis  
 appareat, & declarat ipsemet Innocent. in cap. In  
 num. 3. de off. Ordin. lib. 6. cum quo concordant ibi  
 Jo. Andr. num. 2. Gemin. num. 9. & Franc. num. 3.  
 Bellam, in cap. Porreita, num. 6. quest. 4. de confirm.  
 util. vel inutili. Cardin. in Clem. 1. §. Præmissa, num. 4.  
 de supplend. neglig. Prælat. dicens: Ego puto quod  
 etiam nulla subest causa, dum tamen non ex malitia,  
 tenet revocatio: & sequitur eidem Imol. num.  
 4.4. & Vitalin. num. 3. Milis in Repertorio in ver. Re-  
 ligiosus, num. 4. vers. Religiosus si sine manuali  
 Selua de Benefic. part. 3. quest. 68. num. 3. Rota d. de-  
 cis. 778. num. 2. part. 1. divers. & fuit resolutum in  
 causa Bergen. amotione Magistri capella 11. Decem-  
 41 bria 1581. coram Blanchetto. Censetur autem  
 revocatio facta ex malitia, si subest præsumptio  
 alicujus odij, ut post Butr. notat Imol. in d.  
 Clem. 1. num. 4.4. vers. Dominus Antonius credidit,  
 Franc. in dict. cap. Cum singula, num. 1. circa  
 med. vers. Sed Imola, & Rota d. decis. 778. num. 3.  
 & est ex mente Jo. Andr. ut constat ex ejus ver-  
 bis supra relatis, num. 32. vers. Et hæc opinio,  
 42 ibi: forte ex odio, quia detulit. In dubio tamen  
 odium, seu malevolentia non præsumitur: Al-  
 beric. in l. In iuriam alio, nam. 1. & in §. Si quis pro  
 iniuriam, ff. de iniurijs: Et in his terminis censuit  
 Rota in præallegat. decis. Peutingerij sub die 21. Junij  
 1641. §. Quod attrinet.  
 43 In §. Nec afferret Abbas. QUÆRO utrum Papa  
 possit dispensare cum Monacho, ut habeat pro-  
 prium, vel uxorem ducere.  
 44 In hoc gravissimo articulo tres sunt Doctorum  
 opiniones. Prima opinio est eorum, qui absolute  
 negant Summum Pontificem posse super hoc di-  
 spensare: & pro istis videtur textus expressus hic  
 in illis verbis: [Abdicatio proprietatis, sicut &  
 custodia castitatis adeo est aëxa regulæ monach-  
 alij, ut contra eam nec Summus Pontifex possit  
 licentiam indulgere.] Unde cum articulus per  
 hanc litteram sit decisus, non videtur de eo ulter-  
 rius disputandum, ut dicitur Jo. Andr. in reg. Se-  
 mel D. n. 1. vers. Imo non videtur de reg. iur. lib. 6.  
 & similiter glof. ultim. hic & Host. num. 29. pon-  
 45 derantes hæc litteram dicunt: Ecce habes hic,  
 quod præter articulos fidei multa sunt, in quibus  
 Papa dispensare non potest. scilicet ut Monachus  
 proprium habeat, vel votum continentie frangat,  
 &c. Et hoc de plano concedit Tannerus, & Jo-  
 46 annes in cap. Sunt quidam in glof. in verb. Apostoli, in  
 fin. 25. quest. 1. Bernard. hic in glof. in verb. Ad iur.  
 47 Quintino S. Thom. in 2. 2q. 82. art. 11. tenet absol-  
 lutè Summum Pontificem dispensare non posse in  
 voto solemnè castitatis etiam propter boni mul-  
 titudinis, vel uti quando per contractum matrimo-  
 nialiquarum personarum, quæ continentiam  
 voverunt, posset pax patriæ procurari: & deridet  
 48 Juristas, qui ignoranter obtritarium dixerunt, mo-  
 vetur, tum quia hæc decretalis dicitur Summum  
 Pontificem posse contra custodiam castitatis Mo-  
 nacho licentiam dare: tum quia ut habetur Le-  
 vitic. ultim. Illud, quod semel sanctificatum est  
 Domino, non potest in alios usus commutari,  
 unde non potest aliquis ecclesiæ Prælatum facere,  
 ut id, quod est sanctificatum, sanctificationem  
 amittat etiam in rebus inanimatis, puta ut calix  
 consecratus desinat esse consecratus si maneat  
 inte-

integer: unde multo minus potest hoc facere aliquis Prelatus, ut homo Deo consecratus, quamdiu vivit, consecratus esse desinat. Solemnitas autem voti consistit in quadam consecratione, seu benedictione votantis; & ideo non potest fieri per aliquem Prelatum Ecclesie, ut ille, qui votum solenne emisit, desinat ab eo, ad quod est consecratus, puta ut ille qui est Sacerdos, non sit Sacerdos, licet possit Prelatus ob aliquam causam executionem ordinis inhibere: & similitatione Papa non potest facere, ut ille, qui est professus religionem, non sit religiosus; & quamvis possit dispensare in voto continentie: solemnizatum per susceptionem sacri Ordinis; tamen hoc ideo est, quia continentia non est Ordini sacro essentialiter annexa, sed ex flatu Ecclesie: est autem debitum continentie essentialiter statui religionis, per quem homo abrenuntiat seculo, totaliter Dei servitio mancipatus, quod non potest simul fieri cum matrimonio, in quo inebit necessitas procurandæ uxoris, & proles, & familia, & rerum, quæ hoc requiruntur: unde Apostolus dicit *2. ad Corinth. 7.* Qui est cum uxore sollicitus est que sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisisus est: unde nomen Monachi ab unitate sumitur per oppositum ad divisonem prædictam; & ideo in voto solemnizato per professionem religionis non potest per ecclesiam dispensari: & rationem assignat Decretalis, quia castitas est annexa regulæ monachali; & ad rationem communis utilitatis, vel necessitatis respondet periculis rerum humanarum esse obviandum per res humanas, non autem per hoc quod res divine convertantur in usum humanum. Professus autem sunt mortui mundo, & vivunt Deo: unde non sunt revocandi ad vitam humanam occasione cuiuscumque eventus: Eiusdem sententia sunt Alitiodorensis in *summa lib. 3. tit. 28. cap. 1. q. 2.* Abulenc. *cap. 30. numer. 4. 109. per totum.* Alber. Magn. in *4. sentent. dist. 38. art. 16. & 18. Capreol. in 4. dist. 33. q. univ. art. 3. ante solutionem ad primum. Sor. de iust. & iur. lib. 7. q. 2. art. 2. per totum. & in 4. sent. dist. 98. q. 2. art. 2. concl. 2.* & eam cum alijs duabus recitat S. Bonaventura *d. dist. 38. art. 2. q. 3. in 41. & 42.* dicens: [ Quæ istarum trium opinionum sit verior, fateor me necire, & satis potest qualibet sustineri: ideo nullam assero.]

42. Huic primæ opinionis valde etiam suffragatur quod S. Mathæus Apostolus, ut refert Abdias Babilonius in ejus vita, elegit potius mortem, quam dispensare cum Iphigenia virgine Deo dicata, ut contraheret matrimonium cum Rege promittente conversionem dimidij regni ad fidem, si ipsa sibi matrimonio copularetur. Causa igitur quantumcumque magna non videtur sufficiens ad hanc dispensationem iustificandam. Præsertim verò quia ut refert Jo. Andr. in *regul. Semel Deus, m. 3. de regul. iur. lib. 6.* votum tenetur esse de jure naturali immutabilis, *5. dist. in primis.* In his autem quæ sunt de lege naturæ, & in præceptis divinis non potest per hominem dispensari, & præcipue in præceptis primæ tabulæ, quæ ordinantur directe ad dilectionem Dei, qui est ultimus finis præceptorum. Sed secundum hoc implere votum est de lege naturæ, & primæ tabulæ, cum sit actus latræ: & concludit hoc argumentum etiam in alijs votis dispensari non posse. Fortius ergo in votis solemnibus continentie, & paupertatis.

44. Secunda opinio est aliorum, quos tacito no-

mine recenset glof. *ultim. hic.* & Hostien. *num. 30.* Existimantium Papam quamvis non possit super hujusmodi votis cum Monacho dispensare de potestate ordinaria, & à jure regulata, posse tamen de potestate absoluta, seu de potestatis plenitudine, secundum quam potest mutare substantiam rei, ut *l. unica, C. de rei uxoris actione.* & de eo quod nihil est, aliquid facit *cap. Hæc quippe, 3. q. 6. arg. c. re vera, de consecrat. dist. 2. & notatur in c. 1. in 5. glof. in verb. Supra de translat. Episc. Nec obstant verba illa textus nostri nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, quia ver. possit, exponitur id est potentie suæ non congruit, sicut exponitur illud Hieronymi, [ cum Deus omnia possit, solum non potest suscitare virginem post ruinam, ] *c. de Paulus, 32. q. 1. si id est non congruit potentie suæ, vel de solito cursu, quia non consuevit hoc facere; possit tamen si vellet, ut hic per Hostien. 31.**

56. Tertia opinio est, quod Papa super voto continentie, & paupertatis quantumcumque solemnizato dispensare possit ex magna causa, & non aliâ, & hanc pluribus tuetur Innoc. *hic à num. 1. usque in fin. cui subscribitur Abbas Antiq. in finit. verb. Summus.* Hostien. Jo. Andr. & communiter DD. ut patet infra *num. 63.* Idem Jo. Andr. in *reg. Semel Deus, de reg. iur. lib. 6.* ubi prolixè disputat in utramque partem, & tandem *num. 5.* Concludit cum Innocent. Idque probabilis affirmat ipsemet S. Thom. in *4. q. 2. quest. 1. art. 4. quest. 1. ad tertium.*

57. Prima pars conclusionis Innocentij quod ex magna causa possit Papa dispensare; nititur hoc præcipue fundamento, quia castitas, & paupertas sunt annexæ ordini, seu regulæ monachali de jure positivo, quod sic probat: nam Monachus nihil aliud est, quam solitarius, & tristis, *cap. Placuit, 16. q. 1.* Quidquid ergo ultra hoc additum est, ad conditorem juris impositum est: & ex hoc patet, ut Innocent. ait, Papam posse dispensare cum Monacho, ut habeat proprium, vel conjugem, cum possit ordinem, & naturam, quam dedit ordini, & substantiam tollere; & cum ipso transeunt totidem verbis Abb. Antiq. in *fine,* Hostien. *num. 27.* & Jo. Andr. *num. 24. item ut addit Hostien. omnis religionis regulæ Summi Pontificis auctoritate*

60. vires sumit, *cap. fin. infra de relig. domib.* Sicut ergo religionem, & ejus substantiam approbat, sic & ipsam tollere potest, *cap. Omnibus, cum ibi notatis infra de reg. iur.*

61. Præterea, ut inquit Innocent. *num. 4. in veri. Licentiam.* (Quid sit tota Christianitas, vel etiam aliqua pars ejus esset in periculo, nisi Monachus fieret Rex, forte quia non esset alius, qui sciret, vel posset aliquid regnum regere, nisi Monachus? Nonne dices, quod fiat Rex? Nonne quilibet debet se totum in holocaustum offerre Deo, ut in eo, quod ei plus placet, præligat servire? Sed præ omnibus placet ei, ut creaturam suam rationabilem, & temporalem conservet, pro quo etiam ipse animam suam possit. Item nonne peccat qui minus bonum majori bono præponit? *c. licet, in fin. supra de regular. c. si quis dicat, & c. vel qui dicit, 11. qu. 3.* Item communis utilitas præfertur, *cap. Scias, & cap. Mutationes, 7. qu. 1.* Item si propter communem utilitatem Monachus potest fieri Episcopus, *d. cap. Licet, & etiam Clericus, ut cap. Priscus, 55. dist. 1. cap. De pro curia, 15. quest. 1. quare non eodem modo Rex, sed forte respondebit con-*

contradictor: Concedo quod fiat Rex, sed non habebit proprium, quia regnum commune est, & quod acquirit, regno acquirit, *arg. cap. 1. 18. q. 1. & cap. Cum olim, infra de privil.* Sed contra, Quid si non possit esse salva Christianitas, nisi regnum in suum proprium accipiat, illud suis heredibus relinquendum, quia forte habebat filios antequam fieret Monachus? Item Quid si dixerit ei illi, qui possunt dare regnum: Oportet, ut in vis habere regnum, accipias hanc Regnam in uxorem, aliâs dabimus eam infideli, vel tyranno, an ita diliges contemplationem hujus Monachi, & continentiam hominis unius, & ita reputabis Deum crudellem, ut nolit per provisionem vicarij sui huic Christianitati providere? Item Papæ fit Constitutio, ut etiam ille, qui vovit simpliciter continentiam, si matrimonium contrahat, valide contrahat, *cap. Rursus, infra qui cler. vel voven. c. Gonfaldus, 17. q. 2. c. Placeat, supra de convent. coniugator.* quare non eodem modo potest dispensare? Item fecit Constitutionem, ut uxor unius alij daret, *cap. Gaudemus, 5. penult. infra de divorc.* Item ex Constitutione est, ut minor, 14. annis non possit se obligare Religioni, *cap. Ad nostram supra de regul.* quod est contra jus naturale, quia sic puer ex quo doli capax est, potest se diabolo obligare, eodem modo & Deo. Item Papæ dicitur, *quæcumque ligaveris, &c.* Item in quolibet voto intelligendum est, nisi aliter Deo placeat, sed erendum est Deo aliud placere, si utilitas subest, ut contra votum faciat. Item non intelligitur quis venire contra votum, qui facit contra illud auctoritate Superioris, qui est Vicarius Jesu Christi, sicut dicitur in matrimonio, *cap. Inter corporalia in prim. supra de translat. Episc.* Nec obstat prædictis quod dicitur, *Vovete & reddite: vovere quidem est voluntatis, sed reddere necessitatis, quia bene intelligitur votum Deo reddere quæ sit ejus dispositioni committit, & qui magis ejus beneplacitum facit, cap. Magna, supra de vot.* Hæcenus formalia verba Innocentij, quæ fere ad calamum transcribunt, & approbant hic Hostien. *num. 31. vers. Vel hoc non potest Papa sine causa,* sed ex magna, & Deo magis placente hoc possit; hanc amplector, & infra eod. *num. in verb. Pontifex, & num. 32.* Jo. Andr. *num. 29.* Henrich. Boich. *num. 9. & 10. Butr. in 28. Cardin. s. ultim. num. 18. Anchar. num. 24. Abb. num. 20.* & Jo. de Anan. *num. 11. vers. In glof. fin.* & idem Hostien. in *summa tit. de vot. 5. Qualiter & cum, num. 12. & in cap. 1. num. 4. de voti. & ibi etiam Abb. num. 8.* dicens hoc tenere communiter Canonistas, Archid. in *cap. Sum. quadam, 25. q. 1. num. 5.* Henrich. Boich. in *cap. Rursus, num. 6.* ubi etiam Cardin. *num. 2. quest. 1. Anchar. num. 4. Præpos. num. 4. & 7.* & Alex. de Nævo, *num. 12. infra qui cler. vel voven. Turrecrem. in c. De illis, num. 3. & seq. dist. 32. Steph. de Gaeta in repet. c. Ad limina, 30. q. 1. s. 4. q. 129. num. 353.* Jo. Andr. in *d. cap. Semel Deus, num. 5. ad fin. vers. Sed ut scripsi, de reg. iur. lib. 6.*

64. [Nam (ut ipse ait, ) ubi votum continentie solemnem est impedimentum majoris boni, poterit Papa dispensare: nam bonum multitudinis melius est, quam bonum unius: posset autem per unius continentiam bonum multitudinis impediri, ut si per matrimonium alicujus solemniter votantis etiam Monachi posset pax patriæ procurari, vel Patria infidelis ad fidem converti, vel his simile, absit ut his casibus Monacelli continentiam præ-

feramus tanto bono.] Sed & Sanctus Thom. in *4. sentent. dist. 38. q. 1. art. 4. ad 3.* eandem rationem approbat dicens: [ Si communis utilitas totius ecclesie, aut unius Regni, vel Provinciae ex-poleret, posset convenienter & in voto continentie, & in voto Religionis dispensari, quantumcumque esset solemnizatum; non enim potest votum posset se homo deobligare ab eo, in quo tenetur alteri. Unde talis posset immovere necessitas, ut posset alicui iuste prohiberi ne continentiam, aut Religionem voveret, & eadem necessitate manente potest etiam in voto dispensari jam acto.] Hæc S. Thom. cum quo concordant ibi Durand. *q. 4. art. 4. conclus. 11. num. 49.* Major. *q. 1. 4. Supplementum Gabriel. q. 1. art. 5. dub. penult. S. Anton. in 2. part. tit. 11. cap. 2. s. 9. & in 3. part. tit. 1. cap. 15. s. 3. plenissime Medina de factor. homin. Continentia, cap. 2. cum plurib. seqq. Toled. in *summa lib. 4. cap. 18. num. 5.* Gregor. de Valen. in 2.2. dist. 6. q. 6. penult. 7. col. 3. Navarr. in *manual. cap. 32. num. 77. in fin. & in cap. 7. num. 20. de consecr. dist. 1. & conf. 2. num. 3. de Convent. Coniug. & conf. 12. num. 8. de sponsal. Covarr. in cap. 2. num. 20. & 21. de testam. & alibi passim Doctores. Ex quibus patet hodie hanc sententiam esse communem Theologorum, ac fere omnium Canonistarum, quam etiam tacite approbat Ecclesia Romana, dum super hoc dispensavit cum multis religiosiis, prout cum Ramiro rege Aragonum dispensatum fuisse, ut relicta religione, & Episcopatu, acciperet uxorem, & Regnum attestatur Petr. de Palud. in 4. dist. 38. q. 4. art. 4. Cajetan. in 2.2. q. 88. art. 11. in prin. vers. Videtur autem pluries, Lucius Marinæ Siculus, lib. 8. de memor. ab. Hispan. cap. ult. Joan. Vaz. in *Chron. c. 18. & de Constantia filia Rogerij Regis, quæ cum esset Sanctimonialis, nupit Henrico VI. idem Cajet. ubi supra, & latius dicam infra, nu. 69. & cum Nicolao Justiniano Sacerdote Monacho in monasterio Sancti Nicolai Ordinis S. Benedicti dispensatum fuisse ab Alex. III. ad instantiam Venetorum Ducis referunt Bartol. d. S. Fausto, de *Thesaur. Religios. lib. 3. qu. 36. num. 5. & Pineda in Monarchia ecclesiæ. part. 4. lib. 25. cap. 7. s. 1. pag. 84. & Gregorio XIII. cum fratre Cardinalis Jovoyæ Gallo Sacerdote professio, & Provinciali Ordinis Capuccinorum, referunt idem Bartol. d. S. Fausto d. q. 36. ad num. 8.****

67. Cæterum adverte, quia opinio Innocenti, & sequacium non ita est intelligenda, ut Monachus quando remanet Monachus, ex dispensatione Papæ sit solutus à voto continentie, & paupertatis, quia implicat contradictionem, ut quis remaneat Monachus; & non habeat essentiam Monachus, quæ consistit in tribus votis substantialibus, ut hic: nam Monachus facit, id est ad esse deducit Religionis professio, ut *c. 1. & c. Porreum, supra de regular.* Non potest igitur dispensatio Apostolica ex causa quantumvis gravi efficiere, ut quis perseveret Monachus, & sit absolutus à substantialibus Regulæ. Et hoc intendit hæc Decretalis, dum dicit castitatem, & paupertatem adeo esse annexam Regulæ monachali, ut contra eam nec Papa possit licentiam indulgere; sensus enim est, Vota solemnia sunt adeo intrinseca, & essentialia statui Monachatus, ut Papa efficere non possit, ut quis eodem tempore sit Monachus, & habeat uxorem, vel proprium, ut declarant Turrecrem. in *c. 1. art. 3. m. 7. in resp. ad 2. 27. q. 1. Bartol. Soccin. conf. R. 3.*

1692 *num. 2. volum. 1. Ricard. de Media Villam 4. sent. dist. 28. art. 9. q. 1. Durand. Petr. de Palud. & Gregor. de Valenc. locu citatu. Basil. Pont. de impedim. matrim. cap. 1. §. 3. vers. Sed quamvis. Card. Cajetan. in 2. qu. 88. art. 11. vers. Sed neutrum horum. dicens: Si homo religiosus perseverat religiosus, inhabilis est ad matrimonium, non ex iuramento, sed ex natura. Ita quod oppositum implicat contradictoria. Oportet ergo aut Religiositatem cessare, aut inhabitatem manere. Et infra in vers. Ad hoc breviter dicitur, pro hoc intellectu ponderat litteram huius Decretalis, concludens ea non inferri necessario indispensabilitatem voti sollemnitis, sed sic, scilicet stante monachatu. Et ponderat ad hoc quod Innocentius III. illius auctor successit immediate Calestino III. qui dispensaverat Constantiam filium Rugerij Regis, uxoremque Henrici IV. quæ erat Sanctimonialis in Panormo, & jam quinquagenaria. & ex tali conjugio genuit Federicum II. ut idem Cajetanus refert. *d. art. 11. in princip. & Angel. in l. Si maior. Quinquagenaria. in princip. Cod. de legit. hered. eamque publicæ, omnibusque videntibus parere voluissit, ut partus supposito omnem suspicionem excluderet, testantur Paris. conf. 129. n. 46. lib. 2. & Soccin. Sen. conf. 126. n. 2. lib. 3. Et cum Innocentium non laterent gesta Calestini, in facie totius orbis à quo etiam Cardinalis creatus fuerat, resque undique esset admiranda propter ætatem quinquagenariam, & statum imperialem, & matrimonium fuisset Romæ consummatum: non est rationale, ut voluerit gesta Prædecessoris damnare per verba hanc damnationem non significantia. Stat igitur conclusio, quam ponunt Vincentius, & Johannes relati à Bernardo hic in glossulim, videlicet Papam non posse super voto castitatis, & paupertatis cum Monacho dispensare quamdiu monachus est; posse tamen ex magna, & iusta causa facere de Monacho non Monachum, ut c. *Quorumdam, 74. dist. 1.* Quo peracto in consuetudinem poterit proprium habere, & uxorem ducere.**

Nec refert quod Navar. *comment. 2. de regul. num. 17.* quamvis concedat Papam posse dispensare in voto sollemni castitatis, tamen id neget in sollemni paupertatis voto, assignans rationem diversitatis, quia matrimonium potest esse necessarium in filio Regis professo, ut totius Regni bonum conservetur; & ita potest esse iusta causa dispensandi, ut uxorem ducat: At non sic in voto paupertatis, quia Monachus ex dispensatione Papæ potest esse Rex cum sola regni administratione, nec ulla subesse potest necessitas, ut habeat dominium: Et ideo ex defectu causæ non poterit dispensari ut proprium habeat: respondetur enim in id posse dari casum, in quo publica salus salva esse non possit, nisi ipsum dominium regni in Monachum transferatur, ut præclare docuit Innocentius, *cujus verba habes supra n. 62.*

71 Ad rationem verò D. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 11. quod nullus Prelatus ecclesie possit facere, ut homo semel Deo consecratus, quamdiu vivit, defunctus esse consecratus: Respondetur id verum esse in consecratione Sacramentali, quæ est de jure Divino, ac proinde omnino indelebilis, ut in Conc. Trid. *sess. 7. de Sacram. cap. 9.* At secus est in aliis consecrationibus, quæ sunt de jure positivo, quia per Summ. Pontificem auferri possunt, ut probat text. in l. *Continuus, §. Cum qui ff. de verb. obligat.*

quem ita intelligunt Dyn. & Jo. Andr. in c. *Semel Deo, in princ.* & ibi etiam Franc. *num. 1. de reg. iur. lib. 6.* Et ideo passim videmus per auctoritatem Papæ ecclesias, & loca sacra in prophanos usus non fordidos converti juxta Decretum Concilij Tridentini, in cap. 7. in fin. *sess. 21. &* in consecratione seu benedictione Abbatis notat Innocentius in cap. *Quanto, num. 4. supra de consuetudin.* Quæ latus prosequor in cap. *Requisivit à num. 35. de ordinat. ab Episcopo: Consecratio autem, seu benedictio, in qua consistit solemnitas voti non est Sacramentalis, nec de jure divino, quia voti solemnitas introducta est de jure positivo, & ex Constitutione ecclesie, ut est text. in cap. *unic. de vot. lib. 6.* Ergo nihil obstat quin Summus Pontifex possit super ea dispensare. Deinde ut egregie respondet Cajetan. in 2. qu. 88. *art. 11. vers. Aliter igitur*, sacra etiam non possunt passim ad alios usus transferri, possunt tamen transferri ad alios usus in articulo nec essitatis, ut panes propositionis translata ad usum David, & suorum propter articulum necessitatis, ut Dominus exposuit. Et ad hanc Decretalem in fin. quæ movit B. Thom. ad prædictam distinctionem. Respondet Jo. Andr. in d. reg. *semel Deo, in fin.* cerum esse nulla verba Papæ posse tollere, vel detrudere protestati successores; quia par in parem non habet imperium, c. *Imitatur, cum corcord. sup. de elec. sed hæc responsio non satisfacit, quia Papa hic non procedit statuendo, sed declarando; ideo melius est respondere, ut dictum est supra n. 69.**

74 Ad aliud verò quod obligatio voti sit de jure nature, super quo non cadit dispensatio; ita respondet Jo. Andr. in d. c. *semel Deo, in fin. vers. Sed ad hoc respondetur, videlicet quando ecclesia dispensat in voto, non dispensat in precepto juris naturalis, vel divini, sed determinat id, quod ea debet sub obligatione deliberationis humane, quæ non potuit omnia circumspicere, sicut etiam dispensare contra legem humanam non est tollere legem; sed ordinare ex causa, ne liget eo casu quo dispensatur: & sic non est contra. Ad hoc Concil. Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 18.**

76 Ultimum denique objectum de S. Mattheo Apostolo non obstat, quia, ut respondet Cardin. Cajetan. in 2. qu. 88. *art. 11. vers. Aliter igitur*, Fortè non expediebat in exordio nascentis fidei per talem apparenter irreverentia Divinam propagari fidem, quæ prædicatione, & signis propaganda erat secundum Domini mandatum Marci ultimi. Prætere Cajetan. ait dictum illud se non invenisse pro authentico, & de Abdia Babylonio illius Authore ita scribit Card. Bellarmin. *de Script. Eccles. Abdia Babylonius unus ex discipulis Domini fuisse dicitur; sed vitæ Apostolorum, quæ sub nomine ejus circumferuntur, fabulis similiores sunt, quam veræ narrationi. Sed neque ejus Abdia, aut libri ejus ullam in veteribus mentionem invenio. Et ex his absoluta sit pars prima conclusionis Innocent. quod Papa ex magna causa possit dispensare, ut Monachus habeat proprium, vel uxorem ducatur.*

78 Secunda verò pars, quod scilicet dispensare non possit sine iusta, & magna causa, probatur secundum Innocentium, quia tamen in dispensationibus, quæ sunt à Papa contra jus positivum, sufficit sola voluntas dispensatoris etiam sine causa, sicut apparet in statutis editis de ordinibus inter cetera interdicta temporum conferendis, *87. dist. 1.*

1693 *fini. per tot. & alijs similibus, eo quod cum sola voluntaria Constitutio licet causa quare aliquid prohibetur, per consequens & sola voluntas contraria causa erit quare prohibito relaxetur, quia ejus est destruere jus, quod illud condidit, & interpretari. I. Quod ius. ff. de re iudicat. cap. Inter alia, in fi. de sent. excommunicat.* Tamen secus est in his, quæ sunt contra votum tacitum, vel expressum, & in alijs, quæ sunt contra Evangelium, quia non potest dispensatio, nisi ex causa fiat; & quamquam Papa dispense, nisi iusta causa subit, peccat, & dispensans & is, cum quo dispensatur, secundum Innoc. *hic n. 2. Hostien. in 31. in verb. Pontifex, & Jo. Andr. num. ult. Butr. n. 23. Anchar. n. 24. & Abb. num. 22.* Qui tamen omnes quoad validitatem dispensationis differentiam constituunt inter votum paupertatis, & continentie: nam dispensatio ut Monachus habeat proprium nunquam valet, nisi magna causa concedere Monacho, ut peregrinetur, & viaticum secum portet, illud tamen non possit debet suo nomine, sed monasterij: unde nec de eo testari poterit: sed si dispensetur cum Monacho, ut habeat uxorem, & non alia necessitas, vel utilitas dispensandi, sit tamen contrahat cum aliqua credens bonam dispensationem, & licitam: tenet matrimonium, licet ille qui fuit Monachus, semper peccet exigendo debitum, non autem reddendo; quia verum matrimonium est inter eos. Ratio diversitatis, quia dispensatio habendi proprium nemini præjudicat, nec alicui prodest, nec obest nisi ei, cum quo dispensatur: unde si habet uxorem, vel necessitas, non valet dispensatio. At secus est in matrimonio, ubi dispensatio prodest, vel præjudicat alijs, scilicet uxori; sed nihilominus dispensatio non prodest Monacho, cum quo fuit male dispensatum, quin semper peccet debitum exigendo; ita Innocentium quo ceteri transeunt.

De Statu Monachorum.

Cap. In singulis.

S Y M M A R I V M.

1 *Capitulum Provinciale Religiosorum non sufficit celebrare in fine primi triennij, & statim in principio secundi aliud celebrare, sed inter unum, & aliud debet triennium intercedere.*

2 *Fieri debet salvo iure Episcopi Diocesani, & n. 5.*

3 *Et tan à religiosis exemptis quam non exemptis.*

4 *Et quid possit Concilium Tridentinum, num. 7. & seq. & num. 11.*

5 *Et commone debent vivere Abbates, & Priores provincie eiusdem ordinis.*

6 *Et multitudine impediens nec Capitula celebrentur, sententiam excommunicationis incurrant.*

7 *Monasteria omnia, quæ sub immediata Sede Apostolica protectione existunt, tenentur singulis triennijs sese in Congregationem redigere ex Concilio Tridentino.*

8 *Non tamen possunt mixcum, aut alijs monasterijs convenire, & aggregare, & num. 10.*

9 *Monachi monasterij exempti, & commendati non possunt Congregationi suæ instituta sese aggregare, sed tantum se cum alijs monasterijs in Congregationem*

1694 *redigere ad celebrandum commone Capitulum. Congregationis Ordinis Sancti Benedicti in Belgio creata, & cum facultate aggregandi monasteria non exempta, in Congregatione Rerum Consistorialium examinatur.*

11 *Capitula in aliquibus Religionibus, vel Congregationibus Monachorum an sit permitendum ut celebrentur singulis annis, & Præfides elegantur annales.*

12 **I****N** SINGULIS. Statuit de Capitulis provincialibus Religiosorum celebrandis singulis triennijs: de numero personarum venientium de instructis adhibendis, de Præsidentibus Capitulo, de tractatibus in Capitulo habendis, de communivita lucendis, de Visitatoribus eligendis, & de ipsorum officio: hortatur Diocesanos ad monasteriorum reformationem, præcipit patronos, & similes compescere ab offensis monasteriorum: hoc dicit integra hæc Constitutio, Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & Jo. de Anan. & sic dividitur in duodecim partes, quæ per se patent.

Nota primò ibi, *De triennio in triennium.* Inter unum, & aliud provinciale Capitulum religiosorum debere esse intervallum unius triennij; unde secundum Jo. Andr. *hic num. 2.* [Non sufficeret in fine primi facere unum Capitulum provinciale, & statim in principio secundi facere aliud, quia id potius esset facere Capitula de sexto in sextum annum, quam de triennio in triennium, & multo tempore retardari possit sic ordinis reformatio, & sic etiam interpretata est consu. rudo.] Hæc Joan. Andr. quem totidem verbis sequuntur hæc Butr. n. 4. Cardin. n. 3. Anchar. n. 1. Abb. in primo notab. & Jo. de Anan. num. 1.

Et ex hoc notabiliter infero, ut Episcopi, qui ex Constitutione Sixti V. tenentur singulis triennijs, vel quadriennijs, & c. visitare Beatorum Apostolorum limina, nequaquam possint, aut debeant infra tempora hujusmodi quandocumque visitare, sed tantum in ultimo anno triennij, vel quadriennij, & c. alioquin eodem annorum curri, ulo plures visitationes in ulcarentur, & inter unam, & aliam visitationem possit intercedere spatium sex, vel octo, aut plurium annorum, & multum retardaretur fructus visitationis contra mentem, & verba Constitutionis, quæ præcipit, ut Episcopi Italie tertio, Germaniæ quarto, Africæ quinto, Alie sexto quoque anno iter suscipiant, & persiciant: quod latus prosequor in c. *Ego N. num. 30. supra de iur. jur. Dic ut ibi.*

Secundò nota ibi, *Salvo iure Diocesanorum Pontificum.* Capitula provincialia à regularibus fieri debere sine præjudicio Diocesano, scilicet in visitationibus, procreationibus, & correctionibus, ut explicat gloss. 4. *hic Hostien. n. 1. in Pontificum, Cardin. in 1. notab. & Joann. de Anan. num. 2.* Nam Diocesi pluries, quam de triennio in triennium possunt visitare, & Synodum tenere, cap. *Sicut olim, de accusat.* secundum Goffred. & Hostien. *num. 1. in verb. Diocesanorum,* Joan. Andr. *num. 3.* & hodie est expressum in Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 2. & 3.* & generaliter ex hoc iurisdictione Episcopi non intelligitur curvati, ut patet infra eod. *§. Ordinatur,* secundum Hostien. eod. *num. 1. in verb. Pontificum.* Similis præservatio habetur in cap. *Salvo, 9. quest. 3. in cap. Pontifex, 7. q. 1. & in c. Dudum, supra de decimis.*

3 Et hinc colligitur hoc capitulum loqui de Abbatibus, & Prioribus non exemptis, secundum Innoc. in princ. alias enim inanis fuisset illa præfervario: sed Hostiens. in ver. *Abbatum*, atque Peiorum: exponit, id est exemptorum, & non exemptorum, c. *Proximum*, §. *Hac eadem*, infra eod. & sic præfervario iurium dicecesanorum Pontificum stat respectu non exemptorum. Hodie opinio Innocentij videtur approbata à Concilio Tridentino, quod restringitur ad Abbates, & Priores exemptos, ut dicam infra num. 11.

4 Ultimo nota ibi, *Ad quod universi conveniant*, Ad Capitula provincialia Regularium debere universos convenire. Quod si intelligatur de Abbatibus, & Prioribus provinciarum cuiuscunque ordinis, hoc non servatur secundum Hostiens. hinc num. 1. in ver. *Qui non consueverunt*, & Joan. Andr. in ver. *Conveniant*: nam Chartusien. sicut Cluniacenses suum, Cluniacenses suam celebrant Capitulum per se, & sic de singulis, secundum eos. Item non habet hodie consuetudo, ut huiusmodi Capitulum faciant religiosi non habentes caput unicum, secundum Jo. Andr. eod. num. 3, licet sub dar hodie plenè provisum esse per Constitutionem Benedicti.

5 Porro decretum hoc Innocentij in generali Concilio editum innovavit, & observari præcepit Clemens V. in Concilio Viennensi, ut in *Glem. Ne in agro*, §. *final. de stat. monachor.* Licet mendosè ibi legatur Innocentius IV. & gloriatur, [Adnotatum deservit in hoc non juvare, sed tamen innovationem illam de facto non proficere.] Ideoque in Concilio Salisburghensi sub Martino V. §. 3. sic legitur: item licet se record. Gregor. Papa IX. providè statuerit, ut in singulis regnis, seu provinciis Prælati Ordinibus S. Benedicti de triennio in triennium Capitula Regularia celebrare deberent, & nos idem statutum in provinciali dixerimus innovandum, quia tamen nullus fructus adhuc ex prædicto statuto, & innovatione reperta vice decrevimus eadem Capitula celebrari, iure tamen Ordinariorum per omnia salvos tom. 3. *Concilior. par. 2. pag. 991. col. 1. littera D.* Item Benedictus XII. (Starinus, inquit, & ordinamus, quod in ordine, & religione dicorum Monachorum Nigrorum in singulis provinciis per Nos inferius deputatis, fiat in loco ad hoc deputando de triennio in triennium (salvo jure Dicecesanorum) commune, seu Provinciale Capitulum Abbatum, & Priorum Abbatum proprios non habentium, aliorumque Priorum Ecclesiarum Cathedralium ipsius ordinis ac religionis. Avenione 12. *Kalen. July. anno secundo.*) Quam quidem ordinationem confirmavit Calixtus XIII. sub *Datum Romæ Kal. Marij anno 1475.* Idemque sanxerunt & alij Pontifices, & in Concilio Constantiensi decretum fuit, ut sententiam excommunicationis ipso facto incurrat quislibet cuiuscunque sit præeminentiæ, dignitatis, status, aut conditionis, qui per se, vel per alium malitiosè impeditur, quo minus prædicta Capitula liberè valeant celebrari, ut refert Romanus Naz. in *Apo. in fine*, cap. 6. per totum.

7 Sed novissimè Concilium Tridentinum in c. 8. *sess. 25. de Regul.* statuit ut monasteria omnia, quæ generalibus Capitulis, aut Episcopis non subiant, nec suos habent Ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueverunt, teneantur

infra annum à die ipsius Concilij, & deinde quolibet trienio sese in Congregationes redigere iuxta formam hujus Capituli.

8 Adverte ad illa verba, *sese in Congregationes redigere*: non enim important ut monasteria huiusmodi possint invicem inter se, aut alij Congregationibus iam institutis se unire, & aggregare, & unum corpus constituitur: alioquin Concilium non dixisset infra annum à die præsentis Concilij, & deinde quolibet triennio, quia uniones, & aggregationes huiusmodi sunt in perpetuum, nec iterantur de trienio in triennium, sed semel factæ semper durant quamdiu ex legitima causa non dissolvuntur, c. *Exposuisti*, supra de *preben. c. 1. Ne sede vacant*. Concilium Tridentinum *sess. 7. c. 6. & sess. 21. cap. 5. Petrus de Perusio in tract. de revoc. union. pt. 1. c. per tot.* Præterea decretum d. cap. 8. se refert ad hanc Constitutionem Innocentij, quæ nihil aliud præcipit, quam ut regulares singulis trienniis celebrent Provinciale Capitulum, & nihil statuit de unione, vel aggregatione, & ita intellexit hoc Concilij S. Congreg. illius Interpres, ut in subiecta declaratione, videlicet.

9 An monasterium à jurisdictione Episcopi exemptum, & Sedis Apostolicæ immediatè subiectum, quod ante Concilij publicationem commendatum reperitur, comprehendatur sub dispositione c. 8. *sess. 25. de Regul.* ut relictae Comendatario, possit se in Congregationem redigere præsupposito, quod Comendatario commissa fuerit cura, regimen, jurisdictio, & omnimoda administratio dicti monasterij personas corrigendi, castigandi, & visitandi propria auctoritate. Stante etiam quod in eodem monasterio non sit Prior claustralis ejusdem ordinis expressè professus, qui regi Regulari præsit.

S. Congreg. Concilij censuit hos Monachos non posse sese aggregare hanc, nec alteri Congregationi iam institutæ, & formate: licere tamen eis cum aliis monasterijs iuxta dictum decretum Concilij, ad formam cap. in *singulis*, de *stat. Monachor.* in Congregationem redigere. Intellexit enim S. Congregatio illa verba: Et deinde quolibet triennio sese in Congregationem redigere, &c. quod debeant de triennio ad triennium illa monasteria commune celebrare Capitulum, iuxta dispositionem dictæ Constitutionis. In singulis. Item monasteria commendata d. cap. 8. comprehendunt, quam Congregationis lenitiam ad se relata Sanctissimus probavit, & executioni demandari iussit.

10 Hinc cum Præfes, & Abbatess monasteriorum exemptorum Ordinis S. Benedicti in Belgio petisset à Sanctissimo D. N. Innocentio X. confirmationem erectionis in Congregationem quam afferbant factam fuisse à Gregorio XIII. & ulteries supplicassent pro facultate aggregandi eidem Congregationi alia monasteria non exempta: die 9. Januarij 1648. S. Congregatio rerum Consultorialium, ad quam Sanctitas Sua hoc negotium examinandum rejectit, in primis animadvertit in vim hujus c. in *singulis*, de *stat. Monachor.* & Concilium Tridentinum in d. cap. 8. *sess. 25. de Regul.* minimè licere monasterijs quibuslibet sibi aggregare alia monasteria ejusdem, vel alterius ordinis, sed tantum sese in Congregationem redigere in singulis trienniis, id est se congregare, & conyvinere, ad commune, seu Provinciale Capitulum,

tulum, juxta antiquam resolutionem S. Congreg. Concilij à Summo Pontifice approbatam. Rursus animadvertit facultatem se redigendi in Congregationes, seu Capitula congregandi non fuisse tributam à Concilio quoad monasteria non exempta, sed tantum quoad illa, quæ Capitulis vel Episcopis non subiant, nec suos habent Ordinarios Visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ probatione, & ordinatione existunt, ut verba ipsa tenent. Demum animadvertit prædicta monasteria exempta in Belgio nequaquam obtinuisse à Gregorio XIII. confirmationem erectionis in Congregationem cum facultate aggregandi monasteria iisdem exempta ejusdem Ordinis: Sed tantummodo prævia narratione, quod se redegerant in Congregationem infra annum à fine Concilij Tridentini, & deinde quolibet triennio, obtinuerunt præmissa confirmari cum clausula quatenus secundum eisdem Concilij decreta processissent. De erectione autem in Congregationem, vel aggregatione, nec verbum quidem legitur in litteris Gregorij. Ac proinde S. Congregatio existimavit concedi non posse confirmationem erectionis, quæ non extat, longè minus facultatem sibi aggregandi monasteria non exempta. Nihil tamen horum significandum esse Monachis, sed tamen dicendum, Congregationem velle edoceri à Pronuncio in Belgio de progressibus ipsius Congregationis, & inspicere ordinationes, quas fecerunt, dum se redegerunt in Congregationem: ideoque scribendum Pronuncio, ut huiusmodi Ordinationes, & Capitula transmittat, & de integro negotio S. Congreg. edoceat, auditis etiam Episcopis, & alijs, quorum interest.

12 QUÆRO, cum hæc constitutio disponat, ut Capitula Religiosorum de trienio in triennium celebrentur, an aliquid sit immutandum in his Religionibus, vel Congregationibus Monachorum, in quibus Capitula celebrantur singulis annis, & Præsides eliguntur annales, Pro solutione hic inferendas duxi litteras Sacre Congregationis me Secretaria scriptas ad D. Cardinalem à Lotharingia, quas Franciscus à Lotharingia, Episcopus Verdunens. suis litteris asseruit è celo esse dictatas. Sunt autem tenoris ut sequitur.

(Semel atque iterum actum est in S. Congregatione de negociis Monachorum S. Vitoni, & Nidulphi à Sanctissimo D. N. præposita de decretis, quæ Amplitudo V. Illustris. in vim facultatis ei attributa Sanctitatis Sæ litteris in forma Brevis, non ita pridem edidit, moxque ad eorumdem litterarum præscriptum Sedis Apostolicæ examini, & correctioni subiecit. Et quamquam amplissimi Patres plurimum in omnibus deferendum putarint Amplitudinis VIII. prudentiæ, ac zelo, quam probè intelligunt egisse omnia solo Religionis bono permotam, aut certè rerum statum ita exigente: noluerunt tamen omittere, quin ei ad significarent rationum momenta, quæ Decretorum saltem aliquot approbationi visa sunt difficultatem ingerere, inter illa adfertur primum, quod Religionum institutis à Sede Apostolica approbatis derogare, nisi necessitate cogente, vix iustum, aut tutum existimatur. præcipuum namq; Spiritus Sancti lumen effulget Regularium Congregationum Institutionibus. At Congregatio Monachorum, de qua agitur, non modo erecta

est ad instar Cassinensis, quæ ab institutione Præsidentes habet annales, sed speciali etiam decreto bon. mem. Cardinalis à Lotharingia Sedis Apostolicæ Legati à primordiis sue erectionis munita, ne Præsides Officium ultra annum, neve Abbatum, ac Superiorum regimen ultra quinqueñium progrediantur. Quod sanè statutum ne dum à Sede Apostolica extitit approbatum, verum etiam ab ipsis Monachis iurejurando firmatum, ijs declarationibus adjectis in ipso die professionis regularis, ut illius observatio solemnè Monachorum voto comprehendi videatur. Atque à Regula, quam quisque professus est, peculiariumque votorum, ac præceptorum observacione non modo non delictè, sed amplius illa ad veterem ac regulari disciplinam instaurari vehementer optat, ac præcipit Sacrosancta Tridentina Synodus, à cuius saluberrima dispositione, veterum etiam Conciliorum sanctionibus, & Apostolicis decretis robolata vel minimum recedere nulla nos cogit necessitas, nulla suadet utilitas. Quandoquidem si Præsides oportuisset continere trienales ob exiguum personarum habilium numerum ad ejusmodi munus exercendum, quippe id faciendum fuisset initio nascentis Congregationis. At ubi hæc adolevit, jamque in viridem juventam, ac numerosam familiam excrevit, minime verendum quin ex tot Monachis vel unus semper assumi possit idoneus ad illud obeundum. Neque verò videtur præstare, ut Præsides sint trienales, quam annales, ut nempe sint majoris auctoritatis, & quæ pro bono Congregationis inchoaverint, possint facilius perficere: nam Congregationem Cassinensem, instar cuius hæc erecta est, ad eam rationem Sedes Apostolica instituit, ut summa rerum agendarum auctoritas non consisteret penes Generalem, aut Caput Ordinis; ut in alijs Religionibus, sed penes Generale Capitulum, ita ut Præsidentem obsequendi tantum, & Capituli Ordinatione exequendi maneat necessitas. Forte etiam oportebit, si Præsides sint trienales in tertium annum rejicere ipsius Capituli celebrationem, quæ fieri solet potissimum ad electionem Præsidis: & tamen quis neget frequentem Capitulum Congregationem plurimum prodesse ad regularem disciplinam, vel conservandam, vel ubi collapsa est, reparandam? Deinde nondum Congregatio hæc tam longe, lateque diffusa est, ut non unus vel solius anni spatium eam perfluat, ac sancita exequi per commodè queat, quando Cassinensis quæ multò latius progreditur, uno tamen aëali Præsidi optimè gubernatur, quinimò cum aliquot abhinc annis constitutum esset, ut eligeretur trienalis, eam rem in perniciem Congregationis cedentem Sedes Apostolica ad primævam formam redintegravit. In Abbatibus quoque, ac Superioribus localibus quinqueñij tempus satis, superque habetur, ita ut illud in longiores moras protrahere nil aliud videatur, quam fovere Monachorum ambitionem, & Abbates veluti perpetuos constituere adversus vetus Congregationis institutum à Romana Sede approbatum, atque ut supra firmatum iurejurando, ut quavis in Decreto prudenter adjectum sit, ut electio post absolutum quinqueñium etiam non transacto alio biennio valida sit, si ita fuerit evidens monasteriorum utilitas, aut necessitas ex septem distinctioribus quinque iudicio approbatam: cum tamen

hæc multam habeant latitudinem, inficiantium non est, quin hic capiat ut via ambitiois cofi. utitias, aut aff. ctaras utilitates. aut necessitates adstruendi, quod si hoc decretum de bienali Superiorum vacatione vix servari potuit, cum simpliciter, & absolute ligabat; quando facilius nunc violabitur, si licet in causam violationis obtinere necessitatem, aut utilitatem? Verendum etiam ne Congregatio S. Mauri, quam in Gallia veluti primogenitam Congregatio Ss. Vitoni, & Nidulphi imper effudit, hoc exemplo commoveatur. Verendum etiam, ne id ipsum contingat in Cassinensi, vix enim est, ut causam non quærat dominantis libido. Præterea auditur majorem, ac saniorum Congregationis partem velle constanter adherere primævæ Congregationis institutioni, & quamquam Monachi circiter centum dumtaxat, expresse hoc violationem declarasse, imul-tamen plures hoc ipsum cupere, licet se prodere non audeant, quin etiam proditores si eorum mens secreto, ac liberè exquiratur. Itaque si vix Apostolica Sedes adduci confluxit, ut vel Religiosis voluntibus primævam Religionis institutionem intervertat, aut immuet: quid faciet ipsi inivitis, ac reluctantibus. Ad idem demum Monachi se auditos quidem illic fuisse cum primum decretum simpliciter editum fuit de Superioribus quinque talibus, ac secundum posterius cum limitatione utilitatis, ac necessitatis prodisse ipsis neque auditis, neque citatis. Hæc omnia Illustrissimi Patres ad amplitudinem vestram Illustris. deferri jussunt, ut illis sedulo, ac mature perpen-dentur dignetur mentem suam aperire, & quia factum opus censent, uberius explicare; norant enim vitam illius pietatem, regularisque disciplinæ studium, ingenij etiam acumen, atque in rebus gerendis prudentiam, ut propterea illis hælitandum non sit, quin ipsa ubi attentè singula consideraverint, aut flectatur S. Congregationis animadversionis, aut ea afferat rationum pondera, quibus in illius sententiam se fl. cti consultius putent Amplissimi Patres. Nos quod superest amplitudini vestre Illustris, prospera omnia precamur ex animo. mansuque humillimè deosculamur. Datum Romæ 16. Januarij 1630.)

De Religiosis domibus, ut Episcopis sint subiectæ.

Cap. De Xenodochiis.

S V M M A R I V M.

Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad eius sollicitudinem debent ordinari ad usum destinatum.  
Episcopus fundat intentionem de iura communi super subiectione, administratione, & ordinatione Hospitalium, aliorumque piorum locorum sua Diocesi.  
Hospitali qui dicit exemptum, probare debet statuta in fundatione vel prescriptione, aut privilegio.  
Sed post Concilium Tridentinum exemptionis privilegium, & consuetudo etiam immemorabilis non suffragantur.

- 1 Hospitalia Papæ potest ab Episcopo visitari, non obstante privilegio Nicolai V.
- 2 Xenodochiis proprie quid sit, & de varijs hospitalium nomenclationibus.
- 3 Hospitalium reditus in quibus subsint Episcopi dispositioni.
- 4 Ordinari curare debent ut hospitalia quæcumque à sui administratoribus etiam exemptis fideliter & diligenter gubernentur.
- 5 Item ut elemosynæ ab administratoribus fabricæ expendantur in usum destinatum, & omnia fideliter peragantur.
- 6 Hospitalia, & loca pia ita demum subsunt visitationi ordinarij, si sint religiosa, id est fundata auctoritate Episcopi, alias seculi.
- 7 Religiosum locum nemo potest efficere sine Episcopi auctoritate.
- 8 Hospitalia privatum mortuo patrono spectat ad curiam Episcopi, ut pia voluntas executioni demandetur.
- 9 Hospitalia administratoribus detraherentibus exequi voluntatem fundatoris, ius exsequendi ad Episcopum devolvitur.
- 10 Hospitalium etiam privatorum administratores tenentur quot annis reddere Episcopo rationem administrationis.
- 11 Hospitalia sub immediata Regum protectione, que ex fundatione, vel privilegio, aut consuetudine non probantur exempta, an possint ab Episcopo visitari, & n. seqq. usque ad n. 30.
- 12 Visitatio hospitalium restringitur à Concilio ad casus à iure concessos; ius exigendi rationes non item.
- 13 Hospitalia sub immediata Regum protectione non existunt per Concilium Tridentinum à visitatione Episcopi, sed præferuntur illorum exemptioni.
- 14 Concilij Tri. decretum c. 8. sess. 22. expenditur.
- 15 Ordinarij in visitatione Concilium Tridentinum nihil detraxit etiam in locis sub regum protectione existentibus.
- 16 Loca regia ita demum sunt exempta à visitatione Episcopi, si exemptionem iusto titulo acquisierint.
- 17 Fundatio ecclesiæ, & hospitalis sub regia protectione non spectat ad laicos, sed ad Sedem Apostolicam, vel ad Ordinarium.
- 18 Protectio legitima, & iusta tantum præservata est à Concilio Tridentino, non autem ea, que de facto assumitur.
- 19 Regum iura Concilium Trident. præservavit, sed nova illa non attribuit.
- 20 Regia protectio de facto à secularibus ministris assumpta, Ordinarij in visitatione non lædit.
- 21 Hospitalia fundata sub iurisdictione Episcopi non sunt exempta ex eo quod postea illius ecclesiæ fundetur sub Regiæ protectione.
- 22 Monasterium unitum, & commendatum hospitali sub regia protectione existenti potest ab Ordinario visitari.
- 23 Unio non præiudicat Episcopo, in cuius diocesi erat ecclesiæ unita.
- 24 Hospitalia existentia in statu Mediolani non comprehenduntur in exceptione, cap. 8. sess. 22. Concilij Tridentini, nisi que expresse reperiantur sub Regiæ protectione.
- 25 Episcopo visitare volenti si opponatur quod hospitalia sit sub regia protectione, cognitio exceptionis non ad iudices seculares, sed ad ipsam Episcopum pertinet.

**D**E XENODOCHIIS. Breve est, sed per alia verba sic potest sumari secundum Abbatem Siculum. Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad eius sollicitudinem debent ordinari ad usum destinatum.  
Nota ex hæc decretali Episcopum fundare intentionem de iure communi super subiectione, administratione, & ordinatione hospitalium, & omnium piorum locorum iuxta dicecelis, ut hic, & in cap. si quis Episcoporum, 16. q. 1. & cap. 2. q. 3. & c. Omnes Basilicæ, quest. 7. cap. Constitutus, cum duob. seqq. infra eod. cap. 1. cum multis seqq. 10. quest. 1. hic notat glossa 2. Holtien. num. 6. in ver. Per sollicitudinem; Cardin. in 2. not. ab. Anton. de Butr. in l. 1. & 2. not. ab. & Joan. de Anan. num. 4. Unde qui dicit hospitalia, vel locum pium exemptum, probare debet statuto in limine fundationis, vel legitima prescriptione, vel privilegio apostolico, ut in Clem. Quia contingit, in primo responso de relig. domib. & ibi gloss. in ver. De iure, & notat hic Joann. Andr. num. 1. in ver. Episcoporum, Butr. num. 3. vers. Oppono, & Cardin. num. 2. eod. vers.  
Verum hodie exemptionum privilegia, & consuetudines non suffragantur, ut potè sublata à Concilio Tridentino. in c. 8. sess. 22. quo statutum est ut Episcopi habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum, & elemosynas Montis Pietatis, & pia loca omnia, etiam si prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita; non obstante quæcumque consuetudine etiam immemorabili, privilegio, aut statuto. Ad idem c. 8. sess. 7.  
Hinc cum administratores Hospitalis Papæ exempti per privilegium Nicolai V. à visitatione Ordinarij præterirent ab eo post Concilium visitari non posse, nec coram eo teneri reddere administrationis rationem: S. Congregatio ab his hæc de re consulta censuit non obstantibus allegatis pro administratoribus hospitalis, jus visitandi dictum hospitalia, & exigendi redditionem rationum ab ejus administratoribus competere Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato ex decreto Concilij sess. 22. c. 8. & 9. Et ratio est, quia d. c. 8. tollit privilegium Nicolai V. quoad visitationem, & licet dicat in casibus à iure concessis, hoc tamen non impedit, cum de iure communi Episcopus visitare possit hospitalia sublato privilegio, c. De Xenodochijs, de relig. domib. & Clem. Quia contingit, eodem tit. Quod vero attinet ad redditionem rationum, de qua in c. 9. exceptus est solus casus quando in fundatione cautum esset, ut non redderent ordinario, sed in Bulla Nicolai V. in qua sit fundamentum, nulla mentio habetur cui sit reddenda ratio, vel non reddenda.  
Itaque nisi aliud cautum sit lege fundationis, Hospitalia hujusmodi subsunt visitationi, & dispositioni Episcopi, & omnia comprehenduntur sub dictione, Xenodochijs, hic posita secundum Holtien. n. 1. Proprie tamen dicitur Xenodochium locus, in quo peregrini suscipiuntur; licet alij dicant Xenodochium esse locum senum, & debiliu, ut verbum sonat, arg. c. Oratorium, 42. dist. Instit. de donat. q. 5. & alij, & c. Cleros 21. dist. Orphanotrophium verò dicitur locus, in quo pueri utroq; parente orbatu educantur. Brephotrophium, in quo pauperes aluntur. Nosocomium, ubi ægro-

ti tenentur, & curantur. Gerontocomium, in quo senes valedicarij sustentantur. De his habetur in c. Si quis omnem, 3. quest. 7. in l. Illud, ubi glossa singula hæc nomina explicat, & in l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. in rubr. l. Orphanotrophos, & l. Omnia oratoria, C. de Episc. & Cler. in cap. Tribunal, §. Quævis, 23. quest. 8. in Auth. de reb. eccles. non alien. §. 1. collat. 9. & de eccles. tit. 5. fin. eadem collat.  
Conclude igitur hæc omnia esse sub manu Episcopi, & ad illius dispositionem pertinere, ut hic in textu, non quidem ut ad Episcopum spectet dominium reddituum; neque enim subsunt talia Episcopo quoad temporalia, ut ea possit sibi applicare, cap. Venerabilis, de except. cap. Quia, 10. q. 3. de hoc in c. Cum vos, de offic. ordin. sed ut illorum redditus curet expendendos in usus, ad quos sunt deputati, ut in dicta Clem. Quia contingit, sequendum Innoc. & omnes hic. Compellet ergo Episcopus Parochialem Sacerdotem, ut hospitalitatem servet, & hospitalarios domorum pauperum, ut recipiant pauperes, & idem in similibus, 8. ut inquit Joan. Andr. hic num. 3. in ver. pertinent, Butr. num. 4. & Cardin. in 3. not. ab. & patet ex decreto d. cap. 8. sess. 22. ibi (Ac omnia, que ad Deicultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi id est Episcopi) ex officio suo juxta sacrorum Canonum statuta cognoscant, & exequantur. Idem patet in c. 15. sess. 7. ubi habetur. Curent Ordinarij ut hospitalia quæcumque à suis administratoribus quocumque illi nomine censeantur etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur, constitutionis Concilij Vienenensis, que incipit, Quia contingit forma serrata. Unde orta dubitatione An curare Episcopus debeat, ut elemosynæ ab administratoribus fabricæ in eum usum, in quem destinatae fuerunt, & pro quo offeruntur, convertantur, & ut id efficiatur, ordinare quæcumque ipsi visa fuerint expedire: S. Congregatio ejusdem Concilij interpres censuit cum tales administratores teneantur quotannis reddere rationem Ordinario juxta cap. 9. sess. 22. pertinere ad Episcopum providere, ut fideliter omnia peragantur, & ne qua fraus interveniat, in expendendis introitus, & proventus, & quæcumque ipsi expedire pro sua prudentia videbantur, ordinare.  
Declaro modo hanc conclusionem, ut procedat dummodo hospitalia, & loca hujusmodi sint religiosa, id est fundata auctoritate Episcopi, ut in c. Proximo, infra eodem. Alias enim Diocelanus non debet se in illis ingerere, sed patronus hospitalis ad libitum disponit, ut in cap. Inter dilectos, & ibi per Innocen. de donat. & notat. Abb. hic num. 3. vers. Numquid autem: nam etsi quilibet pro libito voluntatis possit erigere Hospitalia; nõ tamen erit locus religiosus, nec gaudebit immunitate ecclesiastica, nec inter loca ecclesiastica computabitur, nisi Episcopi auctoritas intercesserit, ut in d. c. Proximo, & notat Cardin. hic n. 3. vers. Nonò quero. Nec quidquam novi circa hoc statuit Concilium Tridentinum in d. cap. 8. sess. 22. imò restringitur ad limites juris, ut patet ibi, in casibus à iure concessis, & in fine ibi juxta Sacrorum Canonum statuta, & fultus dixi in eod. c. Proximo, num. 54. infra eod. Unde quemadmodum de iure communi ejusmodi hospitalia non religiosa visitationi,

tationi, ac Jurisdictioni Episcopi non suberant, ita nec post Concilium.

12. Hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus est mortuo Patrono : tunc enim etiam locus non sit religiosus, tamen spectat ad curam, & sollicitudinem Episcopi, ut pia voluntas defuncti executioni demandetur, de quo videtur textus in Authen. de Eccles. rit. §. *Si quis autem pro redemptione, cum seqq.* Quamobrem etiam hospitale hujusmodi non teneatur Episcopo Diocesano in Episcopatibus responderi, tamen Episcopus habere debet curam ipsius, cum locus sit pius, ut hic per Abb. num. 3. *vers. Quod puto verum.*

13. Fallit secundo in executoribus negligentibus adimplere voluntatem defuncti, quia tunc devolvitur ad Episcopum potestas illos compellendi, iisque post legitimam admonitionem detrectantibus, etiam exequendi, textus est in d. c. *Tua nobis*, & ibi dixit *festinan.*

14. Fallit tertio quoad rationes ab administratoribus erigendas, quia etiam Hospitalia, & loca predicta non sunt erecta auctoritate Episcopi, & sic non sunt religiosa; tamen cum ad alium piatum sint destinata dicuntur pia; & potest Episcopus compellere executores ad reddendas sibi quotannis rationes administrationis, nisi locus in eorum institutione, & ordinatione tantum fuerit, ex decreto Concilii Tridentini in c. 9. *sess. 22.* Quod Sac. Congregatio declaravit habere locum etiam in Hospitalibus laicalibus, ut scripti plenius in c. *Proximo.* à num. 10. infra eod.

15. QUÆRO, An hodie stantibus decretis Concilii Tridentini in cap. 8. & 9. *sess. 22.* Hospitalia sub immediata Regum protectione existentia, quæ ex lege fundantur, aut ex privilegio Apostolico, vel consuetudine non probantur exempta à visitatione, & jurisdictione Episcopi Diocesani, postquam idem Episcopus visitare, & ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere.

16. Contigit hic casus in hospitali pauperum senu Neapolis: nam anno 1625. Ordinarij auctoritate erectum fuit prædictum hospitale, & in ipsa erectione cautum fuit inter cætera, ut illud tamquam opus spirituale, & dicatum ad cultum divinum, esset sub protectione, & obedientia Ordinarij, ita ut posset illud suo arbitrio visitare, ad hoc ut omnia fideliter administrarentur, ut patet ex tribus capitalibus foundationis. Et successivè Cardinalis Aquaviva tunc Archiepiscopus Neapolitanus dictum hospitale ordinarij auctoritate visitavit, & nonnulla decreta edidit, licet morte præventus visitationem non perfecit, post ejus obitum Ministris hospitalis pro expeditione quarundam litem ad illud pertinentium adierunt Proregem, atque ab eo obtinuerunt sibi in judicem deputari Consiliarium Palermum, qui postea mutato titulo anno 1607. alium in Prætozem dicti hospitalis nominavit.

Deinde anno 1608. quia hospitale propriam ecclesiam non habebat, sed tantum altare in ecclesia S. Nicolai; iisdem Ministris, seu Confratres majori parte ex elemosynis de licentia Archiepiscopi conquisitis, ac partim etiam à se clarigitis, propriam ecclesiam fundarunt sub invocatione S. Onuphrij, & primis lapis, in quo litteris insculptum erat quemadmodum dicta ecclesia constructa erat sub protectione Regis Philippi, projectus fuit in fundamentis Populo acclamante,

Vivat Rex. Ab eo tempore Proreges dicti Hospitalis protectores, & administratores deputarunt, iisdemque administratores similitur deputarunt officiales, Cappellanos, Confessores, & Prædicatores in dicta ecclesia.

Sed à duobus circiter annis cum Cardinalis Carafa vellet hospitale visitare, atque ab administratoribus rationes administrationis exigere, ipsi objecerunt se non teneri ex decreto Concilii Tridentini in c. 9. *sess. 22.* eo quod hospitale erectum fuisset sub immediata Regis protectione. Quamobrem his positus consulta est Sac. Congregatio Concilij.

17. An possit Cardinalis Archiepiscopus dictum hospitale visitare, & ab administratoribus rationes administrationis exigere.

Videtur respondendum posse. Nam quoad jus exigendi rationes quamvis hospitale esset sub immediata regis protectione, hoc tamen non obstat Archiepiscopo quominus illas exigere posset; sed tantum obstat quominus posset visitare. Ratio est, quia exceptio locorum quæ sub immediata Regum protectione sunt, non legitur nisi in c. 8. *sess. 22.* & in eo decreto non agitur, nisi de jure visitandi.

At verò in c. *seq.* ubi agit de rationibus Ordinarij reddendis, dicta exceptio non reperitur; imò ibi excipitur unus tantum casus, id est cum secus expressè cautum fuit in foundatione. Quæ exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis. *Nam quod liquide §. si. fin. ff. de penus legata. c. 2. de Conjug. lepro. cum simi.*

18. Et confirmatur, quia Concilium magnam constituit differentiam inter jus visitandi, & jus exigendi rationes. Nam in c. 8. ubi agit de jure visitandi, restringit se ad dispositionem juris communis, ut patet ibi (in casibus à jure concessis) & infra ibi, (juxta Sacrorum Canonum statuta.) Sed in c. 9. ubi tractat de jure exigendi rationes, indistinctè, & generaliter loquitur. Ideoque S. Congregatio lapsus respondit Ordinarij non habere auctoritatem visitandi Hospitalia, nisi in casibus à jure expressis. At verò rationes administrationis licet illi exigere nulla habita ratione juris communis.

Ex quo patet Concilium ampliorem facultatem tribuisse Episcopis in rationibus exigendis, quam in visitatione eorum locorum. Ideoque non mirum si quoad visitationem exceperit loca sub Regis protectione existentia, sed illa non exceperit quoad reddendas rationes. Atque ita ob superscriptas rationes olim declaravit Sacra Congregatio.

19. Quo verò ad jus visitandi, etiam Concilium exceperit loca, quæ sub immediata Regis protectione existunt, tamen non sufficit probare regiam protectionem, nisi etiam probetur legitima exemptio à jurisdictione ordinarij. Ratio est quia Concilium d. c. 8. noluit tribuere novam exemptionem locis sub Regis protectione existentibus, sed tantum præservare si quam prius habebunt, juxta text. in c. *alt. in prin. de offic. Deleg. in 6.* & c. *Ne aliqui, vers. Illi quoque regibus, de privi. eod. lib.*

20. & c. *Ne aliqui, vers. Illi quoque regibus, de privi. eod. lib.* observandum est enim decretum d. c. 8. dum disponit ut Episcopi habeant jus visitandi Hospitalia in casibus à jure concessis, etiamsi exemptionis privilegio sint munita, restituere Episcopis illud jus visitandi, quod erat illis per Sacros Cano-

Canonès attributum, & postea ademptum, per posteriores exemptiones. Atque ita Concilium statuit tantummodo ut exemptiones non obissent quominus Episcopi visitare possint Hospitalia in casibus concessis à jure communi. Unde cum in hac regula loquatur de Hospitalibus exemptis, ceteri debet de iisdem disposuisse etiam in exemptione illa, non tamen, quæ sub immediata Regum protectione sunt, quia alioquin exceptio non esset de regula, & effectus incepta. Lap. Gemin. & DD. in cap. *Qui ad agendum §. 1. de Procur. Alexand. & Jal. in l. fin. ff. Quod quisque tur.* Atque ita in hanc sententiam sæpius respondit S. Congregatio Concilij; nam cum aliquando quæsitum esset. An præsupposita exemptione d. cap. 8. intentio Concilij fuerit jurisdictioni Ordinarij penitus derogare, eamque in totum ab ipso Ordinarij abdicare in locis, quæ sunt sub Regum immediata protectione: S. Congregatio respondit decreto ipsius Concilij nequaquam fuisse jurisdictioni Ordinarij in aliquo derogatum, sed detractum etiam in locis,

21. quæ sub immediata Regum protectione existunt, sed ex decreto d. cap. 8. ita demum esse immunita ab Ordinarij visitatione, si hanc immunitatem legitimo, & iustoque titulo acquisierint, eo quod Concilium non exemerit à visitatione Ordinarij loca, quæ alioquin iisdem Ordinariis subfisciebantur; sed tantum quæ exempta jam erant, noluit subijcere Episcoporum visitationi, quemadmodum subiecit alia loca pia ad Regum protectionem non spectantia.

Itaque cum hoc casu Ministris hospitalis non doceant exemptionem, quod hoc parum refert an sint sub protectione Regis, nec ne.

Verum hoc casus videtur clarior, quia nec docetur de hujusmodi protectione: loque quoad hospitale est certum, cum ab initio erectum fuerit sub protectione, & obedientia Archiepiscopi, & semel fuerit ab eo visitatum, ut inquit diximus. Unde ipse habet fundatam intentionem tam de jure communi, ut in hac decretali, & in alijis juris supracitis in primo not. ab n. 2. Feder. de Sen. *conf. 3. Quæstio talis est.* quàm ex lege fundationis, & quasi possessione inde sequuta.

22. Neque obstat quod dicta ecclesia ut supra sub Regis protectione constructa fuerit; quia responderet hoc similiter non probari nisi ex inscriptione laicorum facta in primo lapide, & ex populi acclamatione. At neque ad laicos, neque ad populum spectat ecclesiam, & hospitale construere sub protectione Regis, sed tantum ad Sacram Apostolicam, vel ad Ordinarij, c. *Nemo, de consec. dist. 1. c. Placuit, 1. q. 2. glof. in Clem. Quia contrigit, in ver. Altare, de relig. sumib. Vincent. & Tancred. relati à Cardin. in c. *prox. num. 5. inf. eod.**

23. Ideoque olim S. Congregatio censuit solam legitimum, atque justam protectionem dicti Concilij decreto exceptam, ac præservatam esse, non autem eam, quæ de facto vendicatur, aut assumitur. 24. Si quidem Concilium sicut id regibus detulit, ut eorum jura hac in re ininverer noluerit; ita nec illis quidemquam adiecit, aut concessit in præjudicium Ordinarij jurisdictionis.

25. Et ex his tolluntur etiam deputaciones, quas fecerunt Proreges, & Ministri dicti Hospitalis. Patet enim ex supradictis eos solum de facto hæc sibi protectionem vindicasse. Unde nihil propterea detractum est jurisdictioni Ordinarij, ut in

puncto consuluit Gabr. *conf. 195. per totum. lib. 2.*

26. Quibus accedit quod quamvis probaretur protectio iusto titulo acquisita; illa tamen prodesset fortè quoad ecclesiam sub hac protectione ædificatam, sed non quoad hospitale, quod longè prius fundatum, & erectum fuerat sub jurisdictione Archiepiscopi; nam ad illud non extendetur protectio Regis, cap. *Ex ore, de privileg. ac si extendatur*, tamen non esset immediata, ut requirit Concilium, cum ante illam præcesserit protectio Ordinarij, ut per Gabriel. d. *conf. 195. num. 6. & seq.*

27. Hinc cum fuerit quæsitum An Episcopus possit visitare monasterium S. Mariz unitum, & commendatum Hospitali Incurabili, & providere ne monasterium in spiritualibus, & temporalibus detrimentum patiatur. cum hospitali prædictum sub regis immediata protectione existens visitari non possit; locus autem unitus assumat privilegia illius, cui facta est unio: S. Cong. censuit posse.

28. Tum quia est in unione clausula, [ *Proviendi dictum monasterium aliqua detrimenta patiatur.* ] Tum quia per unionem non fit præjudicium Diocesano, in cujus diocesi erat ecclesia unita, juxta text. in c. *Cum dicta, de confirm. util. vel in util. & c. Quia monasterium, supra eod.*

29. Utterius QUÆRO, An decretum Concilii Tridentini in d. cap. 8. *sess. 22.* excipiens à visitatione Episcoporum Hospitalia, quæ sunt sub immediata protectione Regum, comprehendat ea quæ sunt in statu Mediolani subiecta Regi Catholico.

De hoc dubio olim consuluerunt S. Concilij Congregat. Præses, & Senatus Regius provincie Mediolanens. & fuit responsum non comprehendere nisi quæ expressè reperitur sub regis protectione. Quinimo multi, qui interfuerunt Tridentino Concilio, reulerunt Cardinali Carafa mem. m. Patrum fuisse illa tantum Hospitalia exipere, quorum Reges, & Principes sunt Moderatores, & Magni Magistri, ut illius manu reperitur adnotatum in libris publicis Sacre Congregationis.

30. Quod si Episcopo hospitale visitare volenti opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, non ad sæcularem judicem, sed ad ipsamet Episcopum talis exemptionis cognitionem, & diffinitionem pertinere censuit S. Congregatio.

In confirmationem eorum, quæ superius dicta sunt de Hospitalibus sub protectione regis existentibus, quæ speciali exemptionis privilegio non sunt munita, libet hic subnectere votum boni mem. Manzani Rotæ Auditoris Hispani, qui occasione visitationis ecclesie, & Hospitalis SS. Jacobi, & Idelphonni de Urbe Nationis Hispanice à Pontifice consultus, hunc in modum respondit.

(Nostrum hospitale non potest se excusare à S. visitatione recipienda, cum comprehendatur sub dispositione S. Concilij Tridentini in *sess. 22. cap. 8. & seq.* Nec exemptum dici potest ex quo prætenditur existere sub immediata protectione Potentissimi Regis nostri, quam protectionem immediatam nec in foundatione, nec alibi video: nam si consideramus hospitale nostrum uti opus piuum, & factum à Regibus ædificatum juxta text. in c. *Boni Principis, 96. dist.* Certum est, quod non potuit ædificari sine consensu summi Pontificis, uti tantummodo, & locorum Ordinariis similem consensum præstari competit, ut probatur in c. *Qui- cumque*,